This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

1824.

Digitized by Google

Lp 26. 455.



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828,)

JN 8 1902

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Titus Maccius

M. ACCII PLAVTI

RVDENS

EX RECENSIONE REIZII

ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

Karl Ernst Christoph

C. E. CH. SCHNEIDER,

PROF. VRATISL.

VRATISLAVIAE,

APVD MAXIVM ET SOC.

MDCCCXXIV.

Digitized by Google

Lh 26.455

JUN 8 1892
Minot Fund.

Digitized by Google

Editor Lectori S.

Quum ante hos quinque annos Plauti Rudentem harum literarum studiosis interpretarer Reizii, viri immortalis memoriae, recensionem sequens, quippe cuius opera effectum videretur, ut ab iis, quos nondum intimam cum ipso poëta familiaritatem contraxisse consentaneum esset, tamen commode legi fabula posset, quoties de rationibus vel mutandae secundum Reizium aliterve, vel retinendae veteris scripturae dicendum esset, id quod quivis fere versiculus iniungebat, haud sane exiguo temporis pariter ac perspicuitatis dispendio ea, quae ad praeparationem iudicandi antea nosse oportebat auditores, codicum dico et editionum antiquarum lectiones, inter ipsum interpretandi negotium cum iis communicare cogebar. Deerat enim tum, neque adhuc prodiit Plautinae cuiuspiam fabulae editio, quae scholis Academicis recte possit adhiberi, et ut ad tironum captum institui debet Gymnasiorum usui destinata editio, ita ad provectiores accommodata sit. Cuius rei maximam partem

Digitized by Google

in critico apparatu positam existimo. Cetera enim quae dicenda sunt de ingenio scriptoris, de imitatione ipsius et aliorum, et pleraque ad linguam, metra, reliquam antiquitatem spectantia facilius ore tradita memoria calamoque excipiuntur, libro addita interpretis operam non iuvant sed inutilem reddunt. Itaque quum postea copia mihi data esset, criticum huius fabulae apparatum etiam augendi, et meis et aliorum scholis utile fore sperabam, si vetera, quae scitu digna essent, novis his adaucta in unum quoddam variae lectionis corpus coniuncta textui Reiziano subiicerem. Ita hic liber ortus est, a quo ob id ipsum, quod scholis relinquenda essent, iudicia de difficilioribus locis et rebus abesse volui.

Inter codices, quibus ad concinnandam lectionis varietatem usus sum, primus est *Vindobonensis*, quem ego unum, quum Vindobonae versarer, ab humanitate KOPITARI, viri egregii, qui ibi summa cum laude codicum thesauro praeest, oblatum contuli. Nam alter, qui in eadem bibliotheca est Plauti codex, octo tantum priores fabulas continet. Ille chartaceus est, forma maxima, foliorum CCXCIV, et ex bibliotheca Pontani ad Ant. Epicurum, ab Epicuro ad Ant. Feltrium transierat. Postea a. 1565 eo usus est Sambucus. In fine voluminis annus significatur M. CC. XLIII. Sed tertium C videtur erasum. Cum eo in plerisque consentit codex *Lipsiensis*, cuius lectiones ROSTIO debentur, viro doctissimo et de Plauto

Digitized by Google

optime merito, qui eum ad editionem Gronovianam ab Ernestio repetitam contulit, schedasque suas mecum Lipsiae communicavit. Haud dubie idem est, qui in Catalogo bibliothecae Christiae parte II. pag. 139 in descriptione exemplaris Camerariani, quod nunc Dresdae in bibliotheca regia est, *Codex membranaceus* dicitur *non tam vetustate (vix enim CCCC annos natus) quam integritate, munditiis suis et librarii cura probabilis, qui in Hispania ante CC annos Hieron. Suritae, nominis subnotati indicio, fuit, ad Batavos deinde, incertum quo tempore delatus, mox hastae Lipsiensis Academiae inter Sellianos libros a.* 1738 *subiectus Senatoriae bibliothecae redemptus et a Christio ad exemplar illud editionis Camerarii collatus est.* Ex his codicibus omnia, quae vel ipse excerpsissem, vel excerpta ab Rostio accepissem, attuli, praeter versuum distributionem, in qua codicum auctoritas nulla est. Alia, ut quod *causa*, *cum*, *paulisper* pro *caussa*, *quum*, *paullisper* exhibent, semel monuisse suffecerit. Quod ad reliquos attinet, quorum lectiones indicavi, de *Palatinis* infra dicam, de *Academico* Lugdunensi, quem habuit Gronovius, hoc unum commemorandum, quod omnes fabulas excepta Amphitruone continet, de *Vallae* autem aliorumque aequalium, de *Turnebi* et *Sambuci* libris nil certi, de quibusdam ne hoc quidem constat, utrum manu fuerint scripti an typis expressi. Praeterea Grammaticos, Priscianum, Festum, Nonium, ut par erat, codicum loco habui, nec non BENTLEIVM, qui usus est codicibus.

Digitized by Google

In editionibus, quas adhibui, primum locum tenet *princeps*, quae Venetiis a. MCCCCLXXII. hac subscriptione prodiit: *Plautinae viginti Comoediae: linguae Latinae deliciae: magna ex parte emendatae per Georgium Alexandrinum: de cuius eruditione et diligentia indicent* (pro *iudicent*) *legentes. Impressae fuere opera et impendio Ioannis de Colonia Agripinensi: atque Vindelini de Spira.* Eam qui accurate et totam contulerit, neminem novi, adeoque paucis inter editores Plauti visa videtur, et tamen est instar codicis in quibusdam fabulis optimi, in nulla plane contemnendi. Nam quas et subscriptio et multo magnificentius praefatio loquitur emendationes a Georgio Merula factas, eas fere in levissimis scripturae vitiis tollendis consistere, quemadmodum augurabatur olim HERMANNVS, vir celeberrimus, in praefatione ad Trinummum pag. V., ita collatis pluribus fabulis expertus sum, intelligique ex indole lectionum eius in Rudente potest, quas omnes ne typothetae quidem exceptis vitiis commemorandas putavi. Sed accuratam eius descriptionem et lectionem universam alio loco editurus sum. *Venetarum* editionum a. 1495 (4.) et 1499 (fol.), quarum copia erat, raro mentio facienda fuit, prioris ad III. 4, 18. et IV. 2, 10. posterioris ad I. 2, 81. 90. 91. 4, 9. Nam in reliquis locis vel cum principe eas consentientes, vel typothetae errore discrepantes deprehendi. *Mediolanensem* a. 1500 non magis quam *Pyladis Brixianum* a. 1506 ipse vidi. Itaque illius quidem le-

Digitized by Google

ctiones paucas Bothii auctoritate consignavi, alterius autem plurima nova eaque plerumque vitiosa et a metrorum ignorantia profecta exhibentis loco *Venetam a.* 1518 contuli, formae maximae, hoc titulo inscriptam: *M. Actii Plauti linguae latinae principis: comoediae viginti: vivis pene imaginibus* (ligno incisis) *excultae. Novissime ex collatione Florentinae fidelioris impressionis: et aliorum omnium: quae inveniri potuerunt: affatim recognitae. Vna cum luculentissimis commentariis Bernardi Saraceni: Ioannes Petri Vallae: et Pyladis brixiani. Nec non observationibus Pii Bononiensis, Vgoleti et Grapaldi scholia: Anselmique epiphillidibus. Adiecto insuper eleganti indice, nunc primum excogitato: qui omnia grammaticalia omnia subobscura vocabula: omnes fabulas et historias: et quaeque digna cognitu: alphabetice demonstrat.* Eam curavit Lucas, Canonicus Olchinensis, Georgii Vallae discipulus. Florentina, quam fideliorem impressionem dicit, Nic. Angelio auctore a. 1514 Florentiae apud Iuntam prodierat, quam postea Aldus quoque Manutius repetiit a. 1522. Angelius autem Pyladen secutus erat, ut observavit LINGIVS, vir elegans et Plauto edendo imprimis aptus, quem dolendum est muneris scholastici negotiis impeditum consilium, quod ceperat olim, quodque luculento Quaestionum Plautinarum Specimine demonstravit, exsequi non potuisse. Is igitur in praefatione Quaestionum, quas dixi, pag. IV. haec habet: *Ex eo potissimum, quod vetustissimas editiones adhibere potui, lectionis-*

Digitized by Google

que discrepantia a me exhibita manifestum erit, post editionem Principem, nullam e solis libris manu scriptis esse concinnatam, depravatorem Plauti esse Pyladem Brixianum, huiusque vitia, ut hominum morbi per successiones quasdam traduntur, propagata essse e Brixiana anni 1506 *per Parmensem a.* 1510, *Iuntinas, Aldinas, Venetam a.* 1518. *maximam partem etiam per Cratandriam aliasque, quae etiamnum apud criticos vetustatis caussa nimium habent auctoritatis.* Et Canonicum quidem Olchinensem nihil nisi repetisse Florentinam, ex eo quoque credibile fit, quod J. Caesaris, quam idem curavit Venetiis a. 1511 editionem, in omnibus similis est Florentinae eiusdem scriptoris a. 1508 editae, ut quemadmodum Basileenses Aldum solebant, sic Olchinensis iste Iuntam ducem secutus esse videatur. De *Simonis Carpentarii* opera Plauto impensa honorifice quum sensisset Hermannus in praefatione ad Trinummum, et simul se utramque eius editionem possidere ostendisset, virum praestantissimum et erga me benevolum adii per literas, ut mihi conferri eam curaret. Id negotium ipse suscipere dignatus ex ea Simonis editione, quae Parisiis, ut videtur, duobus voluminibus apud Dionysium Rozium sine loci et anni nota prodiit, excerptam lectionis varietatem mecum communicavit. Consentit ea saepius cum principe quam reliquae, sed habet etiam propria minime spernenda, in quibusdam cum Prisciano facit. Quae ad orthographiam et interpunctionem pertinerent leviora Hermannus praetermisit, et formas minus antiquas, velut in superlativis

Digitized by Google

umus, non *umus*, item *Grippus*, non *Gripus*, in ea plerumque inveniri omnino observavit. Ex *Camerarii* editionibus, qui ingenio, doctrina et codicum auxilio pariter instructus Plauti comoedias praeclare constituit, primam adhibui Basileensem anni, ut ex praefatione colligitur, 1552, omnes viginti fabulas cum brevi annotatione singulis subiecta complectentem, eiusque discrepantiam omnem eo diligentius notavi, quo magis est ad codicum fidem informata. Habuit enim Camerarius, ut in praefatione p. 11 demonstravit, adminicula duorum librorum, veterum quidem illorum, sed quos librariorum inscitia et futilitas foede depravasset. *Horum alterum*, inquit, *nacti fuimus de bibliotheca praestantis dignitate et doctrina viri Viti Werleri Franci, cui pleraque debemus eorum, quae a nobis fuerunt correcta. Georgii autem Fabricii candor eximius et benevolentia summa erga nos, de incredibili studio diligentiae suae, communicavit nobiscum nuper suum quoque librum, in quem congesserat, quicquid perquirere legendo potuit, quod ad Plautinarum fabularum tam emendationem quam explicationem aliquid momenti haberet. Cactera sunt considerationis et curae ac studii nostri.* Horum codicum, qui deinde in bibliothecam Palatinam translati et Palatini vocati sunt, prior a Werlero communicatus cum Camerario, omnes fabulas, posterior, ut Taubmannus in praefatione a. 1612 testatur, duodecim posteriores a Bacchidibus continet. Priorem, utpote praestantiorem, Camerarius ducem secutus est, idque summa eum cum fide fecisse, facile ipsius verbis credet quicumque mores

Digitized by Google

huius viri cognoverit, cuius in principio annotatorum ad Amphitruonem haec exstat professio: *Annotabuntur a me non omnia quidem illa quae in nostra editione aliter, quam in ante evulgatis libris leguntur. Nam quis esset modus harum annotationum futurus? Sed ea duntaxat notabimus, in quibus aut mutationem aliquam nostram, aut temeritatem aliorum indicandam, aut explicatiunculam adhibendam, aut de scriptura veteri disputandum putaverimus: in reliquis, quemadmodum et prius, ita nunc petimus nostrae fidei credi, devinctae illi quidem ad exemplum nostrum vetus, ita ut cum hoc illam periclitari necesse sit.* Haec ille, qui iam ante ab a. 1536 fabulas sex, tum quinque alias, deinde iterum sex singulatim ediderat. Post Camerarium eosdem codices contulerunt *Ianus Gruterus*, bibliothecae Palatinae praefectus, et *Philippus Pareus*, quorum rixae hoc boni effecerunt, ut uterque quam accuratissime membranas perspiceret, quo alterum erroris arguere posset. Itaque factum est, ut excussis quam diligentissime codicibus Palatinis nonnulla a Camerario vel consulto vel casu omissa apparerent, quae tantum abest, ut fidem eius minuant, ut potius quia pauca et levia sunt, in comparatione negligentiae, qua illis temporibus codices tractari solebant, Camerarii diligentiam commendent. Mihi tamen non negligenda videbantur, quae Gruterus et Pareus vel alia vel nova ex illis codicibus attulissent, et Gruteri quidem inventa ex editione *Taubmanni* tertia a. 1621, Parei autem magis dubia secundum *Gronovium* pleraque retuli, qui ea ab auctore legata accepisse in praefatione pag.

Digitized by Google

XVI. edit. Lips. narrat. Denique *Lambini* recensionem conferendam putavi, qui in plerisque Camerarium sequitur, sed quaedam peculiaria habet, quae videri possunt ex codicibus Parisiensibus desumta. Quamquam neque codices, quot aut quales contulerit, usquam significavit, neque ipse Plautum edidit, sed Iacobo Heliae edendum reliquit, qui in praefatione, postquam de Lambini celeritate in publicandis libris suis dixit, haec addit: *tamen in tanto scribendi studio, tantaque celeritate multa nobis saepe excidunt, quae postea minime probamus; nonnulla omittuntur, quae in summa diligentia nobis summam negligentiae famam inurunt. Quamobrem D. Lambini posteriores in Horatium et Lucretium commentarii prioribus longe accuratiores sunt et copiosiores.* — *Eandem fere ille rationem in interpretando Plauto secutus est. Primum enim in omnes eius fabulas scripsit scholia, quae non edidit, veritus reprehensionem eorum, qui hoc Horatii praeceptum tenendum esse existimant, nonumque prematur in annum. Deinde satis longo intervallo ea perpolire et augere coepit. cum vero ad decimam tertiam comoediam venisset, incidit in morbum, qui ei et scribendi et vivendi finem attulit.* Postea idem Helias de suo edendi labore praedicans *Hi commentarii*, inquit, *manu Lambini ita scripti erant, ut non codex sed adversaria viderentur esse: multas lacunas habebant: quas explevimus verbis eorum auctorum, quos Lambinus in promtu non habebat. Multa falso citata restituimus: plurima adumbrata quae ab operis legi non poterant, expressimus, in quo ipso non tam a litterarum obscuris notis,*

Digitized by Google

quam a loci sententia adiuti sumus. Sic fieri potuit, ut et errata multa relinquerentur, et lemmata interdum a textu discreparent, et ipse textus non in omnibus Lambiniani Plauti editionibus idem exhiberetur. Atque errata quidem, quae Helias in eadem praefatione non omnia, at graviora in unum locum collecta emendasse ait, cuius operae ego nusquam monumentum inveni, pleraque silentio praetermisi, lemmatum autem discrepantiam notavi, et propter editionum dissensum duas, quarum copia erat, adhibui, alteram forma maxima Lugduni a. 1577, alteram quadrata a. 1595 a Vignoni heredibus publicatam. Ex notis Lambini, quemadmodum ex Camerarii scholiis, ea omnia quae ad lectionem constituendam facerent, exhibui, neque caussam inveni, cur de Lambini fide dubitarem. Si quando *Gronovianae* recensionis mentionem feci, ideo feci, quod de codicum Palatinorum vel Lugdunensis lectione coniectura inde capi posset. *Bothii* autem rationem initio frequentiorem, notitiae caussa, habui, mox ibi tantum, ubi non temere recessisse a lectione vulgata videretur.

Praeterea hoc mihi monendum est, *omnes* ubi dixerim in aliqua lectione consentire, codices dictos esse Vindobonensem et Lipsiensem, et editiones principem, Lucae Olchinensis, Simonis Carpentarii, Camerarii et Lambini, eorum signa esse V. L. P. O. S. C. La., Palatinos autem codices significari per Pall., editionem Taubmanni tertiam, Gruteri curis auctam, per TG., Gronovium per G., Reizium per R., Bothium per Bo.

D. Vratislaviae a. d. XIX. Kal. Sept. MDCCCXXIV.

Digitized by Google

RVDENS PLAVTI

DRAMATIS PERSONAE

ARCTVRVS prologus
SCEPARNIO ſeruus Daemonis
PLEVSIDIPPVS adoleſcens
DAEMONES ſenex
PALAESTRA et
AMPELISCA mulieres in ſeruitute apud lenonem
PTOLEMOCRATIA ſacerdos Veneris
PISCATORES
TRACHALIO ſeruus Pleuſidippi
LABRAX leno
CHARMIDES hoſpes Labracis
LORARII
GRIPVS Daemonis ſeruus piſcator

ARGVMENTVM

Retí piſcator dé mari éxtraxit vídulum,
Vbi eránt herilis fíliae crepúndia,
Dominum ád lenonem quaé ſurrepta vénerat.
Ea ín clientelám ſuipte imprudéns patris
Naufrágio iecta déuenit: cognóscitur,
Suóque amico Pleúſidippo iúngitur.

Eiusdem RVdens Incipit. V.

Personas om. V. (L.) P. O. (S.) A C. et La. ita significatae sunt:

ARCTVRVS Prologus.
SCEPARNIO ſeruos.
PLEVSIDIPPVS adoleſcens.
DAEMONES ſenex.
PALAESTRA mulier.
AMPELISCA mulier.
SACERDOS anus.
PISCATORES.
TRACHALIO ſeruos.
LABRAX leno.
CHARMIDES paraſitus.
LORARII.
GRIPVS piſcator.

1. Reti) *Rete* V. L. P. de mari extraxit) *extr. de mare* La.
3. ſurrepta) *ſubrupta* V. L.
4. ſuipte) *ſuscepta* V. L. P. O.

Digitized by Google

ARCTVRVS

PROLOGVS

Qui géntes omnes máriaque et terrás mouet,
Eiús ſum ciuis cíuitate caélitum.
Ita ſum vt videtis ſpléndens ſtella cándida,
Signúm quod ſemper témpore exoritúr ſuo
Hic átque in caelo. nómen Arcturo éſt mihi.
Noctú ſum in caelo clárus atque intér deos:
Intér mortales ámbulo autem intérdius.
Etália ſigna dé caelo ad terram áccidunt.
Qui eſt ímperator díuûm atque hominum Iúppiter,
Is nós per gentes álium aliuta dísparat,
Hominúm qui facta, móres, pietatem ét fidem
Noſcámus: vt quemque ádiuuet opuléntia.
Qui fálſas lites fálſis teſtimóniis
Petúnt, quique in iure ábiurant pecúniam,
Eorúm referimus nómina exſcripta ád Iouem.
Cotídie ille ſcít, quis hic quaerít malum;
Qui hic lítem adipiſci póſtulant periúrio
Malí; res falſas qui ímpetrant apûd iúdicem:
Iterum ílle eam rem iúdicatam iúdicat:
Maióre multa múltat, quam litem aúferunt.
Bonós in aliis tábulis exſcriptós habet.

PROLOGVS) om. V.
3. ſum ut videtis) *ut vid. ſum* V. L. P. O. S. *ſ. u. videtis:* Bo.
4. 5. Punctum poſt *ſuo* posuit, poſt *caelo* suſtulit Bo.
6. inter deos) *interdius* O.
7. Inter) *Et inter* V. L. P. O. S. ambulo) *ambulo.* V. L. *ambuloque* coni. C. *ambulod.* Bo. autem) *et* O. reliqui om. interdius) *inter deos* O.
8. accidunt) *occ.* P. et reliqui editi.
9. diuûm) *divom* O. Bo. Jupiter) *Jupiter* V. L. O.
10. gentes) *gentis* omnes. aliuta) *alia* V. L. P. S. C. *in alia* O. La. *quidem alia* coni. C.
11. Hominum qui facta) *Qui f. h.* V. L. P. O. S. mores) *qui mo.* O.
12. quemque) *quenque* V. L. C. opulentia) *Op.* Bo.
13. lites) *litis* V. L. P.
15. exſcripta) *exer.* V. L. C.
16. Cotidie) *Quot.* P. O. *Cotidie.* V. L. (cum puncto) hic) *hic sibi* O. quaerit) *quaerat* omnes.
17. adipiſci) *apiſci* C. La. Bo. periurio) *periurio.* P. *periurio,* O. S. C. La.
18. Mali;) *Mali* P. O. S. C. La.
20. multa multat) *mulcta mult.* V. *mulcta mulctat* L. O.
21. aliis) *albis* S. exſcriptos) *exer.* C.

Digitized by Google

Atque hóc ſceleſti indúcunt in animúm ſuum,
Iouém ſé placare póſſe donis, hóſtiis:
Et óperam et ſumtum pérdunt. id eo fít, quia
Nihil éii acceptum eſt á periuris ſúpplici.
Facílius, ſiqui pius eſt, a dis ſúpplicans,
Quam qui ſceleſtuſt, ínueniet veniám ſibi.
Iccírco moneo vós ego haec, qui eſtís boni,
Quique aétatem agitis cúm pietate et cúm fide,
Retinéte porro, póſt factum vt laetémini.
Nunc, húc qua cauſſa véni, argumentum éloquar.
Primúm dum huic eſſe nómen vrbi Díphilus
Cyrénas voluit. íllic habitat Daémones
In agro átque villa próxuma, proptér mare,
Senex, qui húc Athenis éxſul venit, haúd malus.
Neque is ádeo propter málitiam patriá caret:
Sed dum álios ſeruat, ſe ímpediuit ínterim.
Rem béne paratam cómitate pérdidit.

22. ſceleſti inducunt in animum ſuum) *ſc. in an. ind. ſu.* V. P. S. Bo. *in an. ſc. ind. ſu.* O. *ſc. illi in an. ind. ſu.* C. La. (*illi*, teſte Gronovio, neque in duobus Palatinis neque in Leidensi codice exſtat)

23. placare) *placere* V. donis, hoſtiis) „In uno exemplari veſtigia indicabant ſcriptum fuiſſe *hecatombis hoſtiis*, quam ſcripturam nequaquam poſſum improbare.“ C. „MS. ſec. Pal. *poſſet omnibus oſtiis*, ex quibus veſtigiis Camerarius videbat formari poſſe *hecatombis hoſtiis*.“ Taubm. Grut. „MSS. Palatini habent *omnibus oſtiis*.“ Boxhorn. „Non ambo MSS. Palatini, ſed alter tantum: cui tamen accedit Academicus.“ (Leidensis.) Gron. Et *omnibus* pro *donis* habent V. L. P. O. S. — O. *ſe* poſt *placare* reiicit.

24. ſumtum) *ſumptum* V. P. O. S. perdunt) *perdiunt* V. L. *perduunt* Pal. ambo, ſecundum T G., et P. S. id eo) *atque id ideo* O. qui h. l. ut P. verſum finit.

25. Hunc v. a *Fit* incipiunt et usque ad *periur.* proferunt P. O. eii) *ei* omnes. periuris) *riis* Pall. V. L. P. O. S. supplici) *cii* omnes.

26. ſiqui) om. O. pius) *plus* V. L. dis) *diis* V. L.

27. ſceleſtuſt) *-ſtus eſt* omnes.

28. Iccirco) *Idc.* V. P. Bo. ego) inter lin. V. qui) *quive* L. et *ue* inter lin. additum habet V.

30. poſt) *eſt* V. L.

31. cauſſa) *cauſa* V. P. Bo.

32. Primum dum) *Primumdum* Bo.

33. Cyrenas) *cir.* V. (ut infra.) habitat) *habitare* V. L. P. S. Daemones) *-nem* V. L.

34. proxuma) *proxima* V. L. P. S. (quem Hermannus plerumque ita habere teſtatur.) C. La.

35. huc Athenis) *A. h.* O. exſul) *exul* V. P. O. S. C. Bo.

37. impedivit) *impediuit*, P. *impediunt* L. *impediunt* V.

38. paratam) *partam* P. S.

Digitized by Google

Huíc filíola olim virgo perlit paruola:
Eam dé praedone vír mercatur péssumus:
Is eam huc Cyrenas léno aduexit virginem.
Adoléscens quidam ciuis huius Átticus
Eam vídit ire e lúdo fidicinió domum.
Amáre occoepit: ád lenónem déuenit,
Minís triginta síbi puellam déstinat,
Datque árrhabonem, et iúreiurando álligat.
Is léno, vt se aequum est, flócci non fecit fidem,
Neque quód iuratus ádolescenti díxerat.
Ei érat hospes, par illius, Siculús senex
Scelésstus, Agrigentínus, vrbis próditor:
Is illíus laudare ínsit formam vírginis,
Et áliarum itidem, quae eius erant muliérculae.
Infít lenoni suádere, vt secúm simul
Eat ín Siciliam: ibi ésse homines volúptários
Dicít: potesse ibí fieri eum díuitem:
Ibi ésse quaestum máxumum meretrícibus.
Persuádet. nauis clánculum condúcitur.
Quidquíd erat, noctu in náuem comportát domo
Leno. ádolescenti, quí puellam ab eo émerat,
Ait sése Veneri vélle votum sóluere.
Id hic est fanum Véneris, et eo ad prándium

39. Huic) *Huiic* Bo. olim) om. V. P. S. C. La, Bo. In O. est ante *fil.* parvola) *parvula* V. L. P. C. La.

40. mercatur) *mercatust* O.

41. huc) *huic* O. leno) *virgo* V. sed in marg.: *al. leno.*

42. civis huius) *h. c.* V. L. P. S. Atticus) *atthicos* V. L. *atticos* O. S.

43. fidicinio) ita etiam Pall. *fidicino* S. G. La.

46. Datque) *D*— in V. ab alia manu addita est. arrhabonem) *arrab.* V. O. *arab.* P. C. La.

47. aequum est) *aequumst* V. L.

48. adolescenti) *adul.* V. L.

49. Ei erat hospes) *Eii e. h.* La. *er. h. ei* Bo. *ei er. lenoni h.* O. par illius) *parvi* V. L. P. *paternus* O. *pravus* S.

50. Agrigentinus) *agri gemínus* V. L.

54. voluptarios) *voluptuar.* L. et *u* a m. alia add. habet V.

55. fieri eum) *e. f.* V. L. P. S. Bo. *e. brevi f.* O.

56. maxumum) *maxim.* V. L. P. C. La.

58. nauem) *nauim* O. domo) *domo.* (cum puncto.) L.

59. adolescenti) *adul.* V. L. P. C.

60. sese) *se* La.

61. fanum Veneris) *V. f.* V. L. *Ven. phanum* P. et *ph* tenent O. C. et) *ex* L. idem in V. inter lin. pro varia lectione notatum.

Digitized by Google

Vocáuit adoleſcéntem huno, ipſe hinc, illico
Conſcéndit nauém, atque áuehit meretriculas.
Adoléſcenti alii máerant, vt res géſta ſit:
Lenónem abiuiſſe. ád portum adoleſcéns venit:
Illórum nauis lónge in altum abscéſſerat.
Ego, quóniam vídeo vírginem ásportárier,
Tetuli éii auxilium et lénoni exitiúm ſimul:
Increpui hibernum, et flúctus moui máritimos.
Nam ſígnum Arcturus ómnium ſum acérrimus:
Veheméns ſum exoriens; quum óccido, veheméntior.
Nunc ámbo, leno atque hóſpes, in ſaxó ſimul
Sedént eiecti: náuis confracta éſt ibus.
Illa aútem virgo atque áltera itidem ancíllula,
De náui timidae déſiluerunt ín ſcapham.
Nunc eás ab ſaxo flúctus ad terrám ferunt,
Ad víllam illius, éxſul vbi habitát ſenex,
Quoius déturbauit véntus tectum et tégulas.
Et ſéruos illic éſt eius qui egreditúr foras.
Adoléſcens huc iam aduéniet, quem vidébitis,
Qui illám mercatuſt dé lenone vírginem.
Valéte, vt hoſtes véſtri diffidánt ſibi.

62. adol.) *adul.* V. L. hunc) *huc.* V. L. P. C. La. *hinc* S. hinc) *hunc* V. L. P. *hanc* S. illico) *ilico*, L. P. *e loco* Bo.

63. Conſcendit nauem) *n. e.* C. La. Bo. atque) om. V. B. S. C. La. Bo.

64. adoleſcenti) *adol.* V. sed *o* puncto notata et ſupra *v* ſcripta.

65. Lenonem) - *nemque* O. abiuiſſe) *abiiſſe* V. L. P. O. S. adol.) V. ut 64. *adul.* P.

67. quoniam) quando O.

68. eii) *ei* V. L. *ei* reliqui.

69. maritimos) - *tumos* V. L. O.

70. Nam) *Nanque* C. La. ſignum Arcturus) *A. s.* omnes. omnium ſum) *ſ. o.* V. P. O. S. acerrimus) *quam acerrumum* O.

71. Vehemens) *Vachemens* P. quum) *cum* omnes.

72. ambo) *amabo* L. *ambo illi* C. La. in ſaxo) omnes ante *leno* collocant, hospes) *h. is* O.

73. eiecti) *electi* V. L. ibus) *sed* V. L. *iis* P. O. S. Bo.

74. altera) *a. lenonis* O. ancillula) *ancilla* V. L. P. O. S.

75. De naui) om. O. timidae) - *da* P. deſiluerunt) *deſilier.* La.

77. Ad) *At* P.

78. Quoius) *Cuius* omnes, praeter O. ventus) *ventum* P.

79. ſeruos) *ſervus* omnes, excepto O. et fortaſſe S., quem tamen Hermannus plerumque minus antiqua ſequi obſervat.

80. Adol.) *Adul.* P.

81. mercatuſt) - *tus eſt* V. L.

82. veſtri) *veſtri* O. S.

Digitized by Google

ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA

SCEPARNIO

Pro dí ímmortales, témpeſtatem cuíusmodi
Neptúnus nobis nócte hac miſit próxuma!
Detéxit ventus víllam. quid verbís opuſt?
Non véntus fuít, verum Álcumena Euripidi:
Ita ómnis de tecto déturbavit tégulas:
Illúſtrioris fécit, feneſtrasque índidit.

ACTVS PRIMVS. SCENA SECVNDA

PLEVSIDIPPVS. SCEPARNIO DAEMONES

Et vós a voſtris ábduxi negótiis,
Neque íd proceſſit, quá vos duxi grátia,
Neque quíui lenonem ád portum prehéndere.
Sed meá deſidia ſpém deſerere nólui:
Eo vós amici détinui diútius.
Nunc huíc ad Veneris fánum venio víſere,

ACTVS PRIMVS. SCENA PRIMA) om. V. L. P. *PRIMVS ACTVS* O. *ACTVS PRIMVS* C. La. SCEPARNIO) *SCEPARIO Seruus* V. P. O. *Servus* addunt etiam C. La.

1. Pro) *Proh* C. La. Bo. di) *dii* V. L. immortales) *-lis* P. *-leis* O. cuiusmodi) *quoius m.* O.
2. proxuma) *-ima* V. L. P. C. La.
3. opuſt) *opus eſt* V. L.
4. fuit) *fuuit* La. Alcumena Euripidi) *alcumenæ urippidi* V. *alcumene urippidi* L. *alcumenæ eur.* P. *alcumene eur.* S.
5. omnis) *omnes* V. L. P. O. C. *omneis* La. de tecto) *delecto* V. L. *tecto* La.
6. illuſtrioris) *inluſtrioris* Pall. ſecundum Gron. *ill—res* O. La. indidſt.) *inindidit* MS. Pal. alt. ſec. T G. V. L.

PLEVSIDIPPVS) *Pl. adoleſcens* V. *Plesidippus ador.* P. *adoleſcens* addunt reliqui. DAEMONES) *D. ſenex* V. O. Iidem, ut reliqui, hoc nomen ſecundo loco ponunt, tum *SCEPARIO ſervus.* Reliqui *SCEPARNIO ſervus.*

1. a) *et* P. voſtris) *veſtris* V. L. *uris* P.
2. duxi) *dixi* V. sed e corr. *duxi.*
3. prehendere) *prach.* O. C.
4. nolui) *volui* V. L.
5. diutius) *divitius* V.

Digitized by Google

Vbi rém diuinam sé facturum dixerat.
sc. Si sápiam, hoc, quod me máctat, concinnem lutum.
PL. Prope me híc nescio quis lóquitur. DAE. heus Scepárnio!
sc. Qui nóminat me? DAE. quí pro te argentum dedit.
sc. Quasi mé tunc esse séruom dicas, Daémones.
DAE. Luto vsúst multo, múltam terram cónfode.
Villam íntegundam intéllego totám mihi:
Nam núnc perlucet éa, quam cribrum, crébrius.
PL. Patér salueto, ambóque adeo. DAE. saluós sies.
sc. Sed vtrúm tu mas an fémina es, qui illúm patrem
Vocés? PL. vir sum equidém. DAE. quaére vir porró patrem.
Filíolam ego vnám hábui, eam vnam pérdidi.
Virile secus nunquam vllum habui. PL. at dí dabunt.
sc. Tibí quidem hercle, quísquis es, magnúm malum,
Qui orátione hic óccupatos óccupes.
PL. Istíccine vos habitátis? sc. quid tu id quaéritas?
An, quó furatum vénias, vestigás loca?
PL. Peculiosum eum ésse decet seruom ét improbum,
Quém heró praesente haud praétereat orátio,
Quique inclementer dícat homini líbero.

7. Vbi) om. P. S.
8. sc.) *Daem.* V. L. P. O. sapiam) *sapientia* L. mactat) *mactat* L. V. in quo prior t super lin. adscripta.
9. PL.) *SCep.* V. L. P. O. Totum versum dat Daemoni Bo. hic) *hunc* L. *hinc* V. Pall. Bo. heus) *heu* P. S. Sceparnio) - *pario* V. L. O.
10. DAE.) *Ple.* P.
11. seruom) *servum* V. L. P. C. La. Daemones.) om. P. S. et in V. inter lin. est.
12. usust) *usus est* V. L. *usus* P. O. C. La.
14. perlucet) *pell.* O.
15. DAE.) *Sce.* S. salvos) *salvus* V. L. P. S. C. La. sies) *sis* V. L. P. S. Bo.
16. sc.) om. V. L. P. S. mas) *vir ne* V. L. P. O. S.
18. habui) „Fortasse verum, *habivi*, itaque essent numeri pleniores, nisi legendum aliquis putet, *eanc.*" C. *habivi* Bo. eam) *eamque* O.
19. secus) *sexus* V. L. Pall. P. O. S. C. La. etiam Priscian. Krehl. p. 653. (Lib. V. Cap. VI. § 33.)
21. hic) *nos hic* V. L. P. S. *hic nos* O. C. La.
22. Isticcine) *isticcine* P.
23. venias) *nox veniat* V. P. O. S. *venias mox* C. La. *nox venas* Bo.
24. eum) om. V. P. O. S. seruom) *servum* V. L. (ut solent.) P. C. La. improbum) *probum* omnes, praeter O.
25. haud) om. omnes.
26. Quique) *aut qui* omnes.

Digitized by Google

sc. Et ímpudicum et ímpudentem hominem áddecet,
Moléstum vltro aduenire ad alienám domum,
Cui débeatur níl. DAE. tace Scepármio.
Quid ópus est, adolescéns? PL. isti infortúnium,
Qui praéfestinet, vbi herus affit, praéloqui.
Sed nísi molestúmst, paúcis percontárier
Volo ego éx te. DAE. dabitur ópera, atque in negótio.
sc. Quin tu in paludem is, éxscasque arúndines,
Quí prótegamus víllam, dum sudúmst. DAE. tace.
Tu, síquid opus est, dice. PL. dic, quod té rogo.
Ecquém tu hic hominem crispum, incanum víderis,
Malúm, periurum, pálpatorem. DAE. plúrimos.
Nam ego própter eiusmodí viros viuó miser.
PL. Huc dico in fanum Véneris qui muliércülas
Duas sécum adduxit, quíque adornarit sibi,
Vt rém diuinam fáceret aut hodie aút heri.
DAE. Non hércle, adolescens, iam hós dies complús-
culos
Quenquam ístic vidi sácrificare: néque potest
Clam me ésse, siqui sácrificant. sempér petunt
Aquam hínc, aut ignem, aut váscula, aut cultrum,
aút veru,
Aut aúlam extarem, aut áliquid. quid verbís opust?
Venerí paraui vása & puteum, nón mihi.
Nunc interuallum iam hós dies multós fuit.
PL. Vt vérba praehibes, mé periisse praédicas.

29. nil) *nihil* omnes. Scepar-nio) -*pario* V. L. (ut ubique.) O.
30. est) om. V. P. S. Bo.
31. affit) *adsit* V. P. O.
32. molestumst) *mod.* V. ante correctionem; *molestust* O. (ut solet.)
34. in paludem is) *inplaudemis* V. *al. in palude nos exagitas*, in margine V. *in palude nos* L. exscasque) *exagitasque* V. P. O. S. *exagitas* L. *exigisque* C. *exfeccasque* La. *exfecasque* Bo. arundines) *har.* P. O. *harundine* V. L.
35. protegamus) *pert.* omnes. sudúmst) *sudunst* P. *sudust* O.
37. incanum) *et canum* V. L. videris) *viseris* V. ante corr.
40. Huc) *Hic* omnes.
41. adornarit) -*ret* V. L. P. O. S. -*vit* La. Bo.
42. faceret) *faciat* omnes.
44. 45. facruf.) *facrif.* V. L.
46. hinc) *hic* V. L. P. O. S.
47. aulam) *alilam* V. L. P. *auxilam* S. extarem) *exitarem* V. L. opust) *opus est* V. L.
50. praehibes) ita Gruterus e MSS. Pall. *perhibes* V. L. P. O. S. C. La. periisse) *periisse* V. L.

Digitized by Google

DAE. Meá quidem hercle caúſſa ſalubs ſís licet.
sc. Heus tú, qui fana véntris cauſſa circumis,
Inbére meliuſt prándium ornarí domi.
Fortáſſe tu huc vocátus es ad prándium:
Ille quí vocauit, núllas venit. PL. ádmodum.
sc. Nullúmſt periclum te hínc ire impranſúm domum.
Ceresém te meliuſt quám Venerem ſectárier:
Amóri haec curat, trítico curát Ceres.
PL. Delúdificauit me ílle homo indignís modis.
DAE. Prodi ímmortales, quíd illuc eſt, Scepárnio,
Hominúm ſecundum líttus? sc. vt mea opínio eſt,
Proptér viam illi ſúnt vocati ad prándium.
DAE. Quí? sc. quía poſt coenam, crédo, lauerúnt heri.
Confrácta nauis ín mari eſt illís. DAE. ita eſt.
sc. At hércle nobis vílla in terra & tégulae. DAE. hui,
Homúnculi quanti éſtis! eiecti vt natant!
PL. Vbi ſúnt ii homines, óbſecro? DAE. hac ad déxteram,
Vidén' ſecundum líttus? PL. video. ſéquimini.
Vtinám ſit is, quem ego quaéro, vir ſacérrumus!
Valéte. sc. ſi non móneas, nósmet méminimus.

51. ſalvos) *ſalvus* omnes, praeter Q.

52. ventris) *veneris* V. L. P. S. *Xenyris* O. circumis) *circuis* O. C. La.

53. meliust) *melius est* omnes, praeter O. prandium) *ad pran.* V. L.

54. tu) *enim tu* O. huc) *huic* V. L. vocatus es) *es voc.* O.

55. qui) *qui te* V. L. P. O. PL.) om. V. L. Bo. admodum) *domum* L. et in m. ut var. lect. V.

56. sc.) om. V. L. Bo. periclum) - *culum* V. P. S. C. impranſum) *inp.* V.

57. meliust) *melius* omnes, ſectarier) *ſpecs.* V. L. P.

58. Amori) - *rem* MSS. Pal. V. L. P. O. C. - *re* S. La. tritico) - *ous* L. V. in quo ſup. ſcript. *al. co al. cum.* - *cum* P. O. S. - *co* com MSS. Sambuci.

60. Pro) *Proh* O. C. La. di) *dii* omnes.

61. littus) *litus* V. L. O. La. Bo. ut) *aut* V. L. mea opinio eſt) *m. e. o.* V. L. P. S. C. La. *e. m. o.* O.

62. Propter viam) *proterviam* S.

63. Quí?) *quis* S. quia) *qui* V. L. *qui?* S. coenam) *caen.* V. *cen.* La. laverunt heri.) *laverunt. heri* V. L.

65. sc.) om. V. L. P. O. DAE.) *SCep.* V. L. P. O.

66. eiecti) *electi* V. L. natant) *narrant* V. L.

67. ii) om. V. L. P. O. S.

68. Viden') O ad ſuperiorem verſum adiicit. littus) *litus* V. L. P. O. La. Bo. ſequimini) *vos ma ſeq.* O.

69. ſit is) *is ſit* V. L. P. S. Bo. ſacerrumus) - *rimus* V. L. P. C. La.

Digitized by Google

Sed ó Palaemon, ſánctę Neptúni comes,
Quique hércule illi ſócius eſſe díceris,
Quod fácinus video! DAE. quíd vides? sc. muliérculas
Videó ſedenteis ín scapha ſolás duas
Vt áfflictantur míſerae! euge, euge, pérbene,
Ab ſáxo auortit flúctus ad littús ſcapham.
Neque gubernator vnquam potuit réctius.
Non vídiſſe vndas mé maioris cénſeo.
Saluaé ſunt, ſi illos flúctus deuitáverint.
Nunc, núnc periculúmſt! eiecit álteram.
At ín vado eſt. iam fácile enabit. eúgepae!
Viden', álteram illam vt flúctus eiecít foras!
Surréxit: horſum ſé capeſſit: ſálua res.
Deſſíluit haec autem áltera in terram é ſcapha.
Vt praé timore in génua in vndas cóncidit!
Saluáſt: euaſit éx aqua. iam in líttore eſt.
Sed déxtrouorſum auórſa it in malám crucem.
Hem, errábit illaec hódie! DAE. quid id refért tua?
sc. Si ad ſáxum quo capéſſit, ea deorſúm cadet,
Errátionis fécerit. compéndium.
DAE. Si tú de illarum coénaturus véſperi es,

71. Neptuni) -tūni V. L. - *tunni* O. C.
72. Quique) *qui* MS. C. uterque. V. P. S. *quia* L. *Qui quidem* O. hercule) *hercle* V. S. *herculis* MS. C. alter. illi) om. MS. C. uterque V. L. P. S. - *quique Herculis ſociennus eſſe diceris* Bo.
74. ſedenteis) - *tis* V. L. P. Bo.
75. afflictantur) *adfl.* P.
76. avortit) *abvor.* V. L. P. O. S. littus) *litus* iidem qui 68.
77. unquam) *usquam illis eſſe* O. C. La. potuit rectius,) *potuit*, vel *potuit?* omiſſo *rectius*, omnes.
78. Non) *Dem. Non* V. maioris) - *res* O. La.
79. deuitaverint) *deuitarunt* V., in quo vulg. ſup. ſcr. eſt. L. - *verunt* P. S.
80. periculumſt) - *lum eſt* V. Bo. *periclumſt* P. *periclunst* S.
81. vado eſt) *vadoſt* P. O. S. C. La. eugepae) *euge pace* P. *euge tace* Veneta 1499. *eugepax* O. *eugepape* S. *Scep. euge pace* V. L.
82. Viden') *Videsne* V. L. P. O. S.
83. horſum) *orsum* V. L.
85. in genua) *ingen.* L.
86. littore) *litore* O. La. Bo.
87. dextrovorſum) *dextro vorſum* V. P. avorſa) *adverſa* V. L. P. S. *advorſa* O. *averſa* C. La. Priſcian. 1013 (XV, 4. §91 Kr.) it) *eſt* Priſc.
88. Hem.) *Dem. Hem* V. L. errabit) - *bat* V. L. DAE.) *SCep.* V. L. tua) V. ſup. ſcr. habet *ab via*.
89. sc.) om. V. L. quo) *quod* P. O. S. C. La. cadet) *cadit* omnes, praeter La.
90. errationis) - *nes* Ven. 1499.
91. Si) *Sic* V. L. coenaturus) *ernaturus* P. *numero* Ven. 1499. S. vesperi es) *ut peries* V. L. *veparies P. puer es* Ven. 1499. S. *ſupparis* O.

Digitized by Google

Illís curandum cénſeo, Scepárnio:
Si apŭd méd eſurus és, mihi dari operám volo.
sc. Bonum aéquomque oras. DAB. ſéquere me hac ergó. sc. ſequor.

ACTVS PRIMVS. SCENA TERTIA

PALAESTRA

Pol nímio hominúm fortúnae mínus
Miſeraé memorántur, quám reapſé
Expériundo illis dátur acerbum.
Hoc Deó complácitum eſt? mé timidám,
Eiéctam in ĭncértas régionés,
Hoc órnatu órnatam íncedére?
Hancíne ego ad rém natám miſerám
Me mémorabo? háncine egó partém
Capio ób pietátem praécipuám?
Năm hóc mi haud labóri eſt labórem hunc potíri,
Sĭ érga paréntem aut deós me impiáui:
Sed íd ſi paráte curáui vt cauérem,
Tŭm hóc mi indecóre,
Iníque, immodéſte datís di.
Nám quid habébunt ſíbi igitur ímpii
Poſthác, ſi ad hunc modum éſt innoxiís honor

92. Illis) *Illas* O.
93. med) *me* omnes. esurus es) *es serius* V. L. *es ſervus* P.
94. aequomque) - *quumq.* V. L. P. C. La.
PALAESTRA) *Pal. puella* V. *Pal. mulier* P. O. C. La.
1. Pol) om. omnes, praeter O., qui poſt *nimio* collocat.
2. quam reapſe) om. V. L. P. S. In Pall. h. l. lacuna eſt, ſecundum T G. ſicut v. 4 ante *Hoc deo.*
3. illis) *iis* omnes.
4. complacitum eſt) - *citust* V. - *citumst* L.
4—6. me timidam - incedere) *me hoc ornatu ornatam in incertas regiones timidam eiectam* V. L. P. O. (qui addit *errare*) S. C. La. (*incedere* om. omnes.)
7. 8. Hancine - memorabo) om. V. L. P. O. S. *Hanccine* etc. C. La. Bo.
8. hancine) *hancoinde* O. *hanccine* S. C. La. partem) *patrem* V. ante corr.
10. mi) *mihi* omnes, praeter La. haud) *aut* V. L. P. S. labori eſt) - *borist* V. L. P. S. *laboris eſt* O.
12. parate) *parte* P. O. *per me* S.
13. Tum) *tu* V. in marg. *al. tn̄* (i. e. *tamen*). *tamen* L. mi) *mihi* omnes.
14. inique) *iniqueque* L.
15. igitur) *igni* V. L.
16. eſt innoxiis) *eſt innoxius* V. L. *innoxiis eſt* O.

Digitized by Google

Apúd vos? nam mé ſi aut paréntes ſceléſte
Feciſſe ſciám, minu' mé miſerét.
Sed herſle ſcelús me ſóllicitát:
Eius me ſmpietás male habét. nauem ſs
Atque ómnia perdidit ſn mari.
Haec éius ſunt bonórum reliquiáé. etiam
Quaé ſimul vécta mecum ſn ſcaphaſt, éxcidit.
Núnc ego ſóla ſum.
Quaé mihi ſſ foret ſálua ſaltém, labor
Lénior éſſet hic eſus operá mihi.
Nunc quám ſpem aut opem, aút conſilſ quid capéſſam,
Ita hſc miſera ſólis locis cómpotſta?
Hic ſáxa ſunt! hic máre ſonat!
Nec quísquam homo mi obuiám venit.
Hóc quod indúta ſum, ſúmmae opes óppido.
Néc cibum, néc locum técta quo ſſm, ſcio.
Quaé mihi eſt ſpés, qüa mé velim vſuere?
Néc loci gnára ſum, néc dîu ante hſc fui.
Sáltĕm aliquém velim, quſ mihi ex hſs locis
Aút viam aut ſémitam mónſtret: ita núnc ego

17. 18. aut - sciam) *ſciam fec. aut par. ſcel.* V. L. P. O. S. C. La. vos) om. O. parentes) - *tis* V. *e.* corr. L. P. S. C. - *ti O.*

18. minu') *minus* omnes. me) *mei* Pall. V. L. P. O. S. miſerer) *miſeret* V. L. *miſererer* P. S.

19. ſollicitat) *ſalic.* V. L. O. C.

20. navem is) *is n.* V. L. P. S. C. La. *navem*, omiſſo *is*, O.

22. Haec) *nec* P. *Hae* La. eius ſunt bonorum) *b. e. ſ.* omnes.

24. Nunc ego) *e. n.* omnes.

25. Quae) *Quam* L. mihi ſi) *si m.* V. C. La. foret) *forte* V. P. *forent* pro v. l. V. in marg., L.

26. Lenior) *levior* V. L. O. La. „ita habent noſtri libri veteres cum vulgatis conſentientes, non ut edidit Camerarius *lenior*.“ La. *lenior* MSS. et ed. Cam. “ T G. ora mihi) *m. e. o.* omnes.

27. Nunc quam) *Nunquam* V. L. conſili) - *lii* omnes.

28. hic) *hoc* S. miſera) om. omnes. compotita) *compotior ſum* V. L. (et *ſum* addunt omnes, praeter O.) *compotica* O. *compedita ſum* C. La. „nonnulli ex noſtris libris veteribus habent *compotita ſum*.“ La.

30. mi o. v.) *mihi o. v.* omnes. *venit mihi obviam* O.

31. oppido) *opido* L.

32. cibum - locum) *cibo - loco* omnes.

33. me) om. O. *me nunc* C. La. velim vivere) *vi. ve.* omnes.

34. gnara ſum) *s. g.* O. *nara ſ.* La. *gnata ſ.* L. ante) om. omnes.

35. mihi ex his locis) *e. h. l. m.* O.

36. Aut) om. O. ego) om. omnes.

Digitized by Google

Hǽc an illǽc eam, incérta ſum cónſilí:
Néc prope vsquam hínc quidem cúltum agrum cón-
ſpicor.
Álgor, errór, pauor, mémbra mi omnía tenent.
Haéc parentés mei
Haud ſcítis, miſeri, mé nunc íta
Miſeram éſſe vti ſúm.
Líbera ego prognáta fuui máxume, nequídquam
fuui.
Nunc quí minus ego ſéruio, quam ſí forém ſerua
náta?
Neque quídquam vnquam illis prófui, qui mé ſibi
eduxérunt?

ACTVS PRIMVS. SCENA QVARTA

AMPELISCA. PALAESTRA

Quíd mihi meliuſt, quíd magis in rem eſt, quám cor-
pore vitám ſecludam?
Íta male viuo, atque íta mi multae in péctore ſunt
curae éxanimales.
Núnc dein vitae haud párco: perdidí ſpem, qua med
óblectabam.

37. incerta ſum conſili) *inc. conſilii* MS. Pal. alter. V. L. P. S. *incertam conſilii* Pal. alter. *s. i. conſilii* O. *i. conſilii ſ.* C. La.
38. Nec) *Neque* V.
39. error) om. O. membra mi) *me* V. L. P. O. S. *membra* C. La.
40. 41. mei Haud) *h. m.* S. C. La.
41. ſcitis) *vos ſc.* O. ita) om. V. L. P. O. S. poſt *Miſeram* v. 42 habent id C. La.
43. prognata fuvi) *p. fui* V. L. P. S. C. La. *fui p.* O. maxume) *maxime* omnes, praeter O. nequidquam) *necquicquam* C. *nequicq.* reliqui. fuvi) *fui* omnes.
44. ego) om. omnes. ſi forem) om. O.
45. unquam) om. V. L. illis) *iis* omnes. profui) *profuit* MSS. Pall. V. L. P.

AMPELISCA) *AMPHELISCA* V. et ita ubique. Poſt *PAL.* idem addit: *Puellae duae.* reliqui: *mulieres duae.*

1. meliust) *melius eſt* omnes. eſt) *e. meam* O. ſecludam) *ſecluſam* V. L.
2. atque) om. O. mi) om. O. reliqui: *mihi.*
3. Nunc) om. omnes. in Pall. eſt lacuna. dein) *denique* V. L. *Dent* Pall. P. perdidi ſpem) *ſ. p.* O. qua med oblectabam) om. O. *q. me oblectebam* C. et *me* habent reliqui omnes.

Digitized by Google

Omnia iam circumcurſaui, atque omnibu' latebris perreptaui,
Quaérere conſeruám voce, oculis, aúribus, vt peruéſtigarem.
Néque eam vsquam inuenió, neque quó eam, néque qua quaeram eám, conſultum eſt.
Néque quem rogitem réſponſorem, quénquam ego vllum intérea inuenio.
Néque magi' solae térrae ſolae quam haéc loca ſunt atque haé regiones.
Néque, ſi viuit, eám viua vnquam quín viuam inuenjám, deſiſtam.
PA. Quaenám vox mihi prope híc ſonat?
AM. Pértimui: quis híc loquitur prope? PA. ſpés bona, obſecró, ſubuenta.
AM. Múlier eſt, muliébris vox mihi ad aúreis venit: éximet illa
Éx hoc me miſerám metu?
PA. Certé muliebris vóx aureis tetigit meas.
Num Ámpeliſca óbſecro eſt? AM. tén' Palaeſtra aúdio?
PA. Quín voco, vt me aúdiat, núminę íllám ſuo.
Ámpeliſca! AM. hém, quis eſt? PA. égo tua Palaéſtra ſum.
AM. Díc, vbi es? PA. pól ego nunc ín malis plúrimis.

4. omnibu' latebris) *in l. omnibus* V. L. P. O. S. *omnibus in l.* C. La.
5. oculis auribus) *a. o.* V. sed numeris 11 et 1 ſuperne inſcriptis.
6. eam) om. omnes. conſultum eſt) *tumst* V. L. S. G.
7. rogitem reſponſorem) *rogem* O. ego ullum) om. omnes.
8. magi') *magis* omnes. terrae ſolae) *terrae* O. G. quam haec loca sunt) *s. q. h. l.* omnes.
9. eam viva unquam quin vivam) *eam vivam u. q.* V. L. C. La. *eam vivam nunquam q.* P. S. *eam vivam nunquam* Ven. 1499. *vivam nunquam eam q.* O.
10. Quaenam) *Quianam* Pall.
11. ſubventa) *j. mihi* omnes.
12. aureis) *aures* omnes, praeter La. eximet illa) *eximes* V. L. P. *exime* O. S. *an eximes* C. La. Atque hi cum O. haec usque ad *metu* Palaeſtrae, verſum autem 14. Ampeliſcae tribuunt.
13. Ex) om. O. me) om. omnes. miſeram) *miſeriam* V. L.
14. Certe) *Certo* Pall. L. P. O. S. muliebris vox) *v. m.* omnes. aureis) *auris* omnes, praeter O. et La.
15. obſecro eſt) *obſecrost* P. S. C. La. *eſt obſ.* O.
16. ſuo) *ſcio* V. L.
17. tua) om. omnes. ſum) om. V. L. P. O. S.

Digitized by Google

AM. Sócia ſum, néc minor párs meaſt quám tua.
Séd videre éxpeto té. PA. mihi es aémula.
AM. Cónſequamúr gradu vócem. vbi es? PA. écce me.
Ád me áccede, átque adi cóntrà. AM. fit ſédulo.
PA. Cédo mihi manum. AM. áccipe en. PA. víuĭn', dic óbſecro?
AM. Tú facis mé quidem víuere vt núnc velim,
Quándo mi té licet tángere. vt víx mihi
Crédo ego hoc, té tenere! óbſecro, ampléctere,
Spés mea! vt me ómnium iám laborúm leuas!
PA. Occupas praéloqui, quaé mea orátio eſt.
Núnc abire hínc decet nós. AM. quo, amabo, íbimus?
PA. Líttus hoc pérſequamúr. AM. ſequor, quó lubet.
PA. Sícine hic cum vuida véſte graſſábimur?
AM. Hóc quod eſt, íd neceſſárium eſt pérpeti.
Séd quid hoc óbſecro eſt? PA. quíd? AM. viden'?
PA. quíd vides?
AM. Fánum amabó videsne hóc? PA. vbi? AM. ad déxteram.
PA. Videór decorum dís locum tuérier,
AM. Haud lónge abeſſe opórtet homines hínc: ita hic
Lepidúſt locus. nunc, quísquis eſt deú', veneror,

19. meaſt) *mea eſt* V. Bo. *me eſt* S.

20. videre) *vivere* O. expeto) *expecto* P. O.

22. Ad me accede) om. O. *Accede ad me* reliqui. atque) om. O.

23. mihi) om. omnes. en) om. omnes. vivin', dic) *dic vivisne* omnes.

24. vivere ut) *ut viv.* omnes.

25. Quando) *Quam* V. *Quom* Bo. mi) *mihi* omnes.

27. iam laborum) *l. i.* V. signis *s s* impositis. levas) *levias* V. L. P.

28. mea oratio eſt) *mihi eſt o.* V. *inest oratio* P. *mea eſt potius or.* O. *meſt or.* S. *m. e. o.* C. La.

29. decet nos) *n. d.* O.

30. Littus) *litus* V. L. O. C. La.

31. PA.) om. V. P. O. Sicine) *Siccine* omnes. uvida veſte) *vivo aucſte* V. *vivo auctne* L. *vivo: a veſte* P.

32. AM.) om. V. L. P. O.

33. PA. quid vides? AM.) om. omnes.

34. Fanum amabo) *am. f.* omnes. ubi) *u. eſt* omnes.

35. 36. PA.) om. V. L. P. O. S. AM.) *Pa.* iidem. Videor) *video* P. O. S. C. La. dis locum) *l. diis* O. *diis l.* La. tuerier) *viderier* omnes.

36. abeſſe oportet) *o. eſſe* V. L.

37. Lepidúſt) - *dus eſt* V. L. nunc, quisquis) om. V. L. P. O. S. in Pall. lacuna eſſe dicitur T G. deu') *deus* omnes.

Digitized by Google

Vt nós ex hac aerúmna míseras éximat,
Inopés aliquo auxílio ádiuuet.

ACTVS PRIMVS. SCENA QVINTA

SACERDOS. PALAESTRA AMPELISCA

Qui ſúnt, qui a patróna precés mea expetéſſunt?
Nam vóx me precántum huc forás excitáuit.
Bonam átque obſequéntem deam, átque haud gra-
uátam
Patrónam exſequúntur, benígnamque múltum.
PA. Iubémus te ſálvere máter. SA. ſaluéte
Puéllae. ſed vnde
Íre vos cum vuida véſte dicam, óbſecro,
Tam maéſtiter veſtítas?
PA. Íllico hinc ímus haud lóngule ex hóc loco.
Vérum hinc lónge abeſt, vnde vectae húc ſumus.
SA. Némpe equo lígneo pér vias caérulas.
Éſti' vectae. PA. ádmodum. SA. ergo aéquius vós erat
Cándidatás venire hóſtiatásque ad hoc
Fánum. ad iſtúnc modum nón venirí ſolet.
PA. Quaéne éiectae é mari ambaé ſumus, te obſecro,

38. miſeras eximat) *e. m.* omnes.

39. Inopes) - *pis* P. S. C. - *peis* O. La. aliquo) *aerumnoſas ut ali.* V. L. S. G. *aer. aut al.* P. O. *aer. al.* C. La. adiuvet) *adiuvat* P. *ut adiuvet* O. C. La.

PALAESTRA AMPELISCA) *ET EAEDEM PVELLAE V. Et eaedem mulieres* reliqui.

1. preces) *paces* La. expetes. ſunt) - *tescunt* V. L. - *tentes sunt* P. O. S. - *tisſunt* La.

2. me precantum) *prec.*, omiſſo *me*, V. L. *pr. me* P. S. C. La.

3. gravatam) *gravatim* S.

4. exſequuntur) *execuntur* P. *exequontur* O.

7. Ire vos) *v. i.* omnes, praeter O. uvida - dicam) *humida - edicam* V. L.

9. Illico) *ilico* P. *ill. nos* O. longule) - *lae* P.

10. hinc longe) *l. h.* omnes. vectae huc) *h. v.* C. La. *huc* om. reliqui.

11. caerulas) - *leas* omnes.

12. Eſti') *aestis* P. *estis* rell. aequius vos) *v. ae.* O. In V. *i* ſup. ſcr. erat) *otat* P.

13. hoſtiatasque - Fanum.) *hoſtiasque.* - *Fanum* C.

15. Quaene) *Quae* V. L. *Quae nunc* rell. excepto, ut videtur, S. mari) *maris* L. V. sed in hoc punctum eſt ſub *s.* ambae ſumus, te) *ſ. a.* omnes. (omiſſo *te*)

Digitized by Google

Vnde nos hóſtias ágere voluiſtí huc?
Núnc tibi amplectimur génua egentés opum,
Quae ín locis néſciis néſcia ſpé ſumus,
In tua vt récipias técta, ſeruésque nos.
Miſerárumqué tĕ ambûm vti miſeréat,
Quibŭs nec locúſt vllu', néc ſpes paráta eſt,
Neque hóc ampliús, quod vidés, nobis quídqam eſt.
SA. Manús mi date, éxſurgite á genibus ámbae:
Miſéricordiór nulla me éſt feminárum.
Sed híc pauperés et inopés res, puéllae.
Égomet vix vitám colo: Veneri ſéruio cibó meo.
AM. Veneris fanum, obſecro, hóc eſt? SA. fateor.
huíus ego
Faní ſacerdos clúeo. verum, quídquid eſt,
Cómiter a me fíet, noſtra quó valebit cópia.
Ite hác mecum. PA. amíce benígneque, máter,
Honórem noſtrum habés. SA. opórtet.

ACTVS SECVNDVS

SCENA PRIMA

PISCATORES

Omníbu' modis, qui paúperes ſunt hómines, miſeri víuunt

17. amplectimur) - *ctemur* V. L.
18. neſciis) *neſcitis* O.
19. In tua ut - tecta] *Vt tuo - tecto* omnes.
20. Miſerarumque) *miſeriar.* V. O. *miſeriarum quae* P. te) om. O. ambûm) *ambarum* omnes. In fine verſus O. addit: *te obſecramus.*
21. locuſt ullu') *locus ullus* omnes. parata eſt) *paratáſt* V. a. m. pr.
22. quod) *quam quod* omnes. quídquam eſt) *quicquamſt* V. P. S. C. La. *quicquast* O.
23. mi) *mihi* omnes. a genibus ambae) *am. a g.* O.
24. me eſt) *e. m.* O.
25. hic) „MSS. Caſſ. *haec*: videturque in pr. fuiſſe *hic*. unde Grut. leg. *Sed heic p.*" TG. *hae* V. L. P. O. C. La. et inopes res) *ſunt inopesque* V. L. P. O. *res ſunt inopesque* S. C. La.
26. Egomet) - t a m. pr. om. V. vitam colo) *c. v.* O. Veneri) - *ris* S. ſervio cibo meo) *c. m. ſervibo* V. L. P. S. *c. m. ſervio* rell.
27. huius ego) *e. h.* omnes. C. et La. poſt *ego* punctum poſuerunt.
28. Fani) om. O. eſt) *fuerit* O.
29. a me fiet) *f. a. m.* omnes. noſtra quo) *quo non* omnes, praeter alterum Pal. in quo eſt *quo nunc.* valebit copia) *c. v.* omnes.
30. 31. mater, Honorem) *h. m.* omnes.
1. Omnibu') *Omnibus* omnes. atque ſic in aliis huius generis, quae non amplius notabuntur. vivunt) *vivont* O.

Digitized by Google

Praeſértim quibu' nec quaéſtus eſt, nec dídicerunt artem úllam.
Necéſſitate, quídquid eſt domi, íd ſat eſt habéndum.
Nos, iám de ornatu própemodúm, vt locuplétes ſimus, ſcítis.
Hice hámi atque haece haründines ſunt nóbis quæſtu et cúltu.
Cotídie ex vrbe ád mare huc prodímus pabulatum.
Pro exércitu gymnáſtico et palaéſtrico, hoc habémus,
Echínos, lepadas, óſtreas, balanós captamus, cónchas,
Marínam vrticam, múſculos, placúſias ſtriátas.
Poſt íd piſcatum hamátilem et ſaxátilem aggredímur.
Cibúm captamus é mari. ſin éuentus non vénit,
Neque quídquam captum eſt píſcium, ſalſí lautique púre
Domúm redimus clánculum, dormímus incoenáti.
Atque vt nunc valide flúctuat mare, núlla nobis ſpés eſt.
Niſi quíd concharum cápſimus, coenáti ſumu' profécto.
Nunc Vénerem hanc veneremúr bonam, vt nos lépide adiurit hódie.

2. dídicerunt artem) *didicere a.* V. L. P. S. C. La. *a. didicere* O.
4. propemodum) *probe modum* P. *simus*) *sumus* P. S. ſcitis) om. P. S.
5. Hice hami) *hi ſcenam* Pall. *his cenam* L. *his caenam* V. *his coenam* P. *hi ſchoeni enim* O. *hi ſchoeni* S. *hisce hami* vet. cod. apud Bentl. ad Ter. Eun. II. 2, 38. C. La. haece) *has* omnes. *haec* Bo. cum Bentl. (ad Ter. l. c.)
6. Cotidie) om. V. L. P. O. S. C. Et hic ſignum lacunae fecit et ait: „Principium huius versus oblitteratum erat in nostris libris. Suspicari licet, deesse *Cotidie*, aut, *Illinc usque*, aut nescio quid tale.“ „*Cotidie*, sic habent diserte nostri libri veteres.“ La. „At Gruterus suspicatur Lambinum hominibus fucum facere cum MSS. suis. nam veterrimi illi Camerarii nullam praebent suspicionem defectus, nisi quatenus primus spatium habet litterarum duarum, ad recipiendam personam scilicet. In sec. plane nihil est vacui: ut nec in meis vetuste editis.“ T G.
7. gynmaſtico) *ginnaſt.* V. palaeſtrico) - *cum* P. hoc) *hos* S.
8. Echinos) *aech.* V. L. lepadas) *lop.* V. L. Pall. nonnulli ex La. codd. P. O. S. balanos) *baisno* P.
9. placuſias) *plaguſ.* omnes, etiam Pall.
10. piſcatum hamatilem) *h. p.* O. *p. hamattilem* V. L. aggredimur) - *ditur* V. L.
11. Cibum captamus) *ca. ci.* O. ſin) *ſi* V. L. P. O. S.
12. pure) om. O.
15. quíd) *quod* L. P. O. coenati) *incoen.* omnes.
16. adiurit) *adiuverit* omnes.

Digitized by Google

ACTVS SECVNDVS. SCENA SECVNDA

TRACHALIO. PISCATORES

Animo áduorſaui ſédulo, ne herum vsquam praeterírem.
Nam quúm modo exibát foras, ad pórtum ſe aibat íre.
Me huc óbuiam iuſſít ſibi veníre ad Veneris fánum.
Sed quós perconter, cómmode eccos vídeo adſtare: adíbo.
Saluéte fures máritimi, conchítae atque hamiótae,
Famélica hominum nátio. quid ágitis? vt perítis?
PI. Vt píſcatorem aequom éſt, fame, ſitíque, ſpeque.
TR. ecquémnam huc,
Dum hic ádſtás, vidiſti ſtrénua facié, rubicundum, fórtem
Veníre, qui tres dúceret chlamydátos cum machaéris?
PI. Nullum íſtac facie, vt praédicas, veníſſe huc ſcimus. TR. écquem
Recáluom ac ſiloném ſenem, ſtatútum, ventrióſum,
Tortís ſuperciliís, cóntracta frónte, frauduléntum,
Deórum odium atque hominúm, malum, vití probrique plénum,

TRACHALIO) *TRACALIO* (atque ita in ſeqq. ubique) *ſervus.* V. et *ſervus* addunt omnes. PISC.) *et iidem pisca.* P. *et Eidem.* O. *et eidem. Pisc.* C. La.

1. aduorſaui) *aduers.* V. L. P. S. C. La. ſedulo) *ſaed.* P.

2. exibat) *exhibat* V. sed cum puncto ſub *h.* aibat) *aiebat* omnes.

4. perconter) *percunter* V. *percuncter* L. eccos) *eos* V. L. *eos quos* P. O. S. adſtare) *aſt.* omnes.

5. fures) *mures* V. L. cod. Sambuci. maritimi) *-tumi* O. hamiotae) *hamittae* V. L.

7. aequom) *aequum* V. L. P. C. La. ſitique) *ſiti* C. La. ecquemnam huc) *ecquem adoleſcentem huc* V. L. P. S. C. La. *Ecquem vos adol. ingenuum huc ire* O. *ecquem adoleſcentem* nonnulli ex codd. La.

8. adſtas) *aſtatis* omnes. vidiſti) om. omnes. In iisdem codd. La. erat pro eo *expedite.* rubicundum) *rub. mediocri ſtatura* O.

9. Venire) om. h. l. omnes. tres duceret) *t. ſemihomines d.* nonnulli codd. La. machaeris) *-riis* omnes, praeter Mediol. 1500. (ſecundum Bo.) et S. Poſt hoc nomen *vidiſtis* addunt V. L. P. O. S. *vidiſti ſeni* codd. Gruteri, *vidiſtis venire* C. La.

11. Recalvom) *-vum* omnes, praeter O. et fort. S. ſilonem) *Silanum* Pall. C. *Silenum* La. ventrioſum) *ventricoſum* V. L. cod. Samb.

13. Deorum) *Deum* O. viti) *mali vitii* omnes.

Digitized by Google

Qui dúceret mulíerculas duas ſécum ſati' venúſtas?
PISC. Cum iſtiúsmodi virtútibus operísque natus quí ſit,
Eum quídem ăd carnuficem eſt aéquius quam ad Vénerem commeáre.
TR. At ſí vidiſtis, dícite. PI. huc profécto nullus vénit.
Valé. TR. valete. crédidi: factum éſt quod ſuſpicábar.
Data vérba hero ſunt: léno abit ſceléſtus exſulátum.
In náuem adſcendit, múlieres auéxit. ariolús ſum.
Is húc herum etiam ad prándium vocáuit. ſceleris ſémen!
Nunc quíd mi meliuſt, quam illico hic opériar herum dum véniat?
Eadem hánc ſacerdotém Veneriam, ſíquid ampliús ſcit,
Si vídero, exquiſíuero: faciét me certiórem.

ACTVS SECVNDVS. SCENA TERTIA

AMPELISCA. TRACHALIO

Intéllego: hanc quae próxuma hic eſt vílla Veneris fáno,
Pulſáre iuſſiſti, átque aquam rogáre. TR. cuia ad aúris
Vox mi áduolauit? AM. óbſecro, quis híc loquitur? quem vídeo?

14. duceret mulierculas) *m. d.* O.
15. ſit) *ſiet* V. L. P. S.
16. quidem) *equidem* V. ante corr. carnuficem) *carnif.* emnes, praeter O: et fort. S.
19. abit) *abiit* omnes.
20. adſcendit) *aſc.* omnes. ariolus) *har.* V. L. P. O.
21. herum) om. V. L.
22. Nunc quid) ita alter Pall. et S. reliqui *Nunquid* mi) *mihi* omnes. illico) *ilico* L. P. operiar) *opper.* O.
23. hanc ſacerdotem Veneriam) *hac ſacerdos Veneria* V. L. *hanc ſacerdos Venerta* codd. Grut. *haec ſacerdos Veneria* codd. La. *haec ſacerdos venerea* P. S. *hanc sacerdotem Veneream* O.

AMP.) *Mulier Amp.* P. *Amp. mulier* O. C. La. TRACH.) *Tr. ſervus.* P. O. C. La.

1. Intellego) *ligo* V. P. C. La. proxuma) *promiſſa* L. V. in cuius marg. eſt *al. proxuma, proxima* rell. hic) om. omnes. villa) *villam* omnes Veneris fano) om. O. *me* addunt C. La.
2. TR.) om. V. L. P. cuia) *cuius* V. L. S. *quoius* O.
3. mi) *mihi* omnes. AM.) om. V. L. P. S. quis) *qui* Mediol. Bo. quem) *TR. quem* V. L. P. O. S. video) *ego v.* omnes.

Digitized by Google

TR. Eſtne Ampeliſca haec, quae foras e fáno egreditur? AM. éſtne hic
Trachálio, quem cónſpicor, calátor Pleuſidíppi?
TR. Ea éſt. AM. is eſt. Trachálio ſalué. TR. ſalue Ampeliſca.
Quid agís tu hic? AM. aetatem haúd malam male. TR. mélius omináre.
AM. Verum ómnes ſapientés decet conférre et fabulári.
Sed Pleuſidippus túus herus vbi amábo eſt? TR. eia véro,
Quaſi nón ſit intus. AM. néque pol eſt, neque víllus quidém huc vénit.
TR. Non vénit? AM. vera praédicas. TR. non éſt meum, Ampelíſca.
Sed quám mox coctum eſt prándium? AM. quod prándium, obſecró te?
TR. Nempe rém diuinam fácitis hic. AM. quid ſómnias, amábo?
TR. Certe húc Labrax ad prándium vocáuit Pleuſidíppum,
Herúm meum herus voſtér. AM. pol haud miránda facta dícis.
Sí deós decepit ét homines, lenónum more fécit.
TR. Non rém diuinam fácitis hic vos, néque herus? AM. ariolárе.
TR. Quid tu ágis hic igitur? AM. éx malis multís metuque ſúmmo,
Capitálique ex perículo, orbas aúxilique opúmque huc

4. TR.) om. V. L. P. O. S. Amp. haec) *h. A. O. haec* om. V. L. P. S. e) *eſt* P. egreditur) *hoc egr.* C. La.
5. conſpicor) *conspicio* O. et ita Vgolinus et Grapaldus ſec. codices antiquos ſcribere ſe teſtantur. Pleusidippi) *Plet.* P. et in V. *u* ſup. ſcript.
7. Quid) AM. *quid* V. L. P. O. hic) om. V. L. P. O. S. AM.) TR. V. L. P. O. malam) *mala* Pal. alter, C. La. TR.) AM. V. L. P. O.
8. AM.) om. V. L. P. O.
9. Pleus.) *Pleg.* P. eia) *eya* V.
10. quidem huc) *h. q.* O.
12. quod prandium) *quod* O.
14. huc labrax) O. addit *leno. Lab. h.* C. La. ad prandium vocavit Pleusidippum) *Pl. vo. ad pr.* V. L. P. S. *Pl. ad pr. vo.* O. C. La.
15. voſter) *veſter* V. L. P. C. La.
17. ariolare) *har.* L. O. *hariolarem* V. sed cum punct. ſub *m.*
19. auxilique) *liique* omnes. huc Recepit) *r. h.* O. *hic recipit* S.

Digitized by Google

Recépit ad ſe Véneria haec ſacérdos me et Palaéſtram.
TR. An híc Palaeſtra eſt, óbſecro te, herí mei amica?
AM. cérto.
TR. Inéſt lepos in núncio tuo mágnus, mea Ampeliſca.
Sed iſtúc periclum pérlubet quod fúerit vobis ſcíre.
AM. Confrácta, mi Trachálio, eſt hac nócte nauis nóbis.
TR. Quid náuis? quae iſtaec fábula eſt? AM. non aúdiuiſti, amábo,
Quo pácto leno clánculum nos hínc auehere vóluit
In Síciliam, et quidquíd domi fuit, ín nauem impoſſuit?
Ea núnc perierunt ómnia. TR. oh! Neptúne lepide, ſálue:
Nec te áleator vllus eſt ſapiéntior. profécto
Nimi' lépide ieciſtí bolum: periúrum perdidiſti.
Sed núnc vbi eſt lenó Labrax? AM. periít potando, opínor.
Neptúnus magnis póculis hac nócte eum inuitáuit.
TR. Credo hércle, anancaeó datum quod bíberet. vt ego amó te,
Mea Ampeliſca! vt dúlcis es! vt múlſa dicta dícis!
Sed tu ét Palaeſtra quómodo ſaluae éſtis? AM. ſcibis fáxo.
E náui timidae ambae ín ſcapham inſilúimus, quia vidémus

20. Recepit) *Recipit* P. Veneria haec ſacerdos) *h. ſ. Ve.* P. O. S.
21. Palaeſtra eſt) - *ſtrast* P. O. - *stra'st* S. C. La. te) om. V. L. P. O. S.
22. nuncio) *nuntio* L. P. La. Bo.
23. periclum) *periculum* V. L. C. La. vobis) *nobis* V. L.
24. mi Trachalio, eſt) *e. m. T.* V. L. P. S.
25. Quid) *Quid?* La. Bo.
26. avehere) *auferre* omnes.
27. in navem impoſivit) *in n. impoſuit* V. L. P. S. *impoſuit in navim* O.
28. oh) *ioh* Pal. alt. *o* V. L. Neptune) - *unne* P. O. C.
29. ullus) *nullus* V. cum p. ſub *n.* ſapientior) *sapientiór* V.
31. periit) *perit* P. O. S. C. La.
32. Neptunus) - *unnus* O.
33. TR.) om. h. l. omnes, praeter S. et ponunt poſt *biberet.* anancaeo) *ananeo* V. L. P. *annando ei* O. *anno* S. *Ananceo* C. ex codd. Pall. *anacaeo* La. ſed in commentario ſcriptum eſt ut apud R.
34. mulſa) *mihi mu.* O.
36. E navi) *Navis* Pall. V. L. P. S.

Digitized by Google

Ad ſáxa nauem férriet: properáns exſolui réſtim,
Dum illí timent. nos cúm ſcapha tempéſtas dextrorſúm
Differt ab illis, ítaque nos ventísque fluctibúsque
Iactámur exemplis plúrimis miſeraé perpetuam nóctem.
Vix hódie ad littus pértulit nos véntus exanimátas.
TR. Nouí, Neptunus íta ſolet: quamuís faſtidióſus
Aedílis eſt: ſiquae ímprobae ſunt mérces, iactat ómnes.
AM. Vae cápiti atque aetatí tuae! TR. tuó, mea Ampelíſca.
Sciuí lenonem egó facere hoc quod fécit: ſaepe díxi.
Capíllum promittám, óptumumſt, occípiamque ariolári.
AM. Cauſſis ergo tu átque herus, ne abíret, quum ſcibátis?
TR. Quid fáceret? AM. ſí amabát, rogas quid fáceret? aſſeruáret
Dies nóctesque in cuſtódia eſſet ſémper. verum ecáſtor,
Vt múlti, fecit: íta probe curáuit Pleuſidíppus.
TR. Cur tu íſtuc dicis? AM. rés palam eſt. TR. ſcin' tu? étiam qui it lauátum in
Balíneas, ibi quum ſédulo ſua véſtimenta féruat,

37. exſolvi) *exolui* V. L. P. O. C. *reſtim*,) *reſtim* P. S. G. Idem ut rell. v. 38 poſt *timent* comma habent.

39. Differt) *defert* S. illis) *allis* V. L. fluctibusque) *que* a m. pr. om. V.

40. Iactamur) *Iactatae* omnes.

41. littus) *litus* V. L. O. La. Bo.

42. Neptunus) - *unnus* O. C.

43. improbae) - *be* O.

44. Ampeliſca.) Punctum non habet C.

45. ego) om. omnes, praeter O., qui poſt *facere* habet. facere) *facturum* C. La. *facered* Bo.

46. optumumſt) *optimumst* V. P. *optimum eſt* Nonius in Praemittere (Pariſ. 1519. fol. XL.) occipiamque) *incip.* Non. ib. ariolari) *har.* V. L. P. O. Non. l. c.

48. ſi) *ſi illam* O. aſſervaret) *aut ſervaret* V. L. P. O. S.

49. Dies) *Diesque* V. in) *cum in* V. sed *cum* puncta habet. ecaſtor) *aecaſtor* La.

50. multi, fecit) *multifecit* L. Pleus.) *ples.* P.

51. tu? etiam) *tu etiam* P. *tu etiam*, C.

52. Balineas) *balneas* (*in* ex ſuperiore verſu in hunc traducta) C. La. quum) *eum* V. L.

Digitized by Google

Tamĕn ſúrripiuntur: quíppe quì, quem illórum obſeruet, fálſuſt.
Fur fácile, quem obſeruét, videt: cuſtós, qui fur ſit, néſcit.
Sed dúce dum me ad íllam. vbi eſt? AM. i ſáne in fanum huc íntro,
Sedéntem flentemque ópprimes. TR. vt iam íſtuc mihi moléſtum eſt!
Sed quíd flet? AM. ego dicám tibi: ſeſe hóc excruciat ánimi,
Quia léno ademit cíſtulam ei, quam habébat, vbique habébat
Quì ſuós parentes nóſcere potis éſſet: eam verétur
Ne périerit. TR. vbi ea nám fuit ciſtéllula? AM. ibidem in náui.
Conclúſit ipſe in vídulum, ne cópia eſſet éius,
Quì ſuós parentes nóſceret. TR. o fácinus impudícum,
Quam líberam eſſe opórteat, ſeruíre poſtuláre!
AM. Nunc eúm cum náui ſcilicet abiuíſſe peſſum in áltum.
Et aúrum et argentúm fuit lenónis omne ibídem.
Credo áliquem ſe immerſe, átque eum excepíſſe. id miſera maéſtaſt,
Sibi eórum eueniſſe ínopiam. TR. iam iſtóc magis vſus fáctoſt,

53. ſurripiuntur) *ſubr.* V. L. falſust) *falſus eſt* V. L. P. S. C. La.

54. obſervet) - *vat* V. L. P. O.

55. dum) om. omnes. in) *in Veneris* omnes. huc) *hic* S.

56. flentemque) *fluentemq.* Pal. alt. a m. pr. moleſtum eſt) *moleſtust* P. O. *moleſtum'st* C.

57. ſeſe hoc) *h. ſ.* omnes addit *illa.*

59. parentes) - *tis* P. S. [illegible] O. La. potis eſſet) *poſſ*[illegible] eam) om. O.

60. ubi ea nam) *ubinam ea* omnes. navi.) *navi* omnes ante La.

62. Quì ſuos parentes noſceret) om. O. *Quis ſuos* etc. P.

64. eum) *eam* omnes. abiviſſe) *abiiſſe* V. L. P. O. *abiſſe* S. peſſum) *peſſumum* O.

[illegible] omne) om. V. L. P. O. S.

[illegible] immerſe) *inmerſiſſe* V. [illegible] L. P. S. C. *immerſiſſe ſe* [illegible] ſera maeſtast) *miſerrima*

[illegible] ſſe) *veniſſe* V. L. P. O. [illegible] *cio eſt* V. L.

Digitized by Google

Vt eam íntro, consolérque eam, ne sic se excruciet ánimi.
Nam múlta praeter spém scio multis bona euenísse.
AM. At ego étiam, qui speráuerint, spem décepisse múltos.
TR. Ergo ánimus aequus óptumum est aerúmnae condiméntum.
Ego eo íntro, nisi quid vís. AM. eas. ego, quód mihi imperávit
Sacérdos, id faciam, átque aquam hinc de próxumo rogábo.
Nam extémplo, si verbís suis peterém, daturos díxit.
Neque dígniorem cénseo vidísse anum me quénquam,
Cui dées atque homines cénseam benéfacere magi' decére.
Vt lépide, vt liberáliter, vt honéste atque haud grauáte
Timidás, egentes, vuidas, eiéctas, exanimátas
Accépit ad sese! haúd secus quam si éx se essemus nátae.
Vt eápse sic succincta aquam calefáctat, vt lauémus!
Nunc, né morae illi sím, petam hinc aquam, vnde mihi imperáuit.
Heus, écquist in villa? écquis hoc reclúdit? ecquis pródit?

68. Vt) *ne* V. L. P. *nae* O. eam) *ea* V. L. consolerque) *consoler quod* V. L. P. *consulerque* O. *consoler quin* S. sic se) *se sic* omnes.
71. aequus) *aequos* O. optumum) *optimum* V. L. P. C. La.
73. proxumo) *proximo* V. L. C. La.
74. si) *sive* V. L. P. *illos ut* O.
75. quenquam) *quanquam* S.
76. Cui) *quoi* O. atque homines) om. V. a m. pr.
77. gravate) - *tae* P.
78. egentes) - *tis* V. L. uvidas) *humidas* V. (in m. *al. madidas*) L. P. S. C.
79. Accepit) *Accipit* P. S. essemus) *fimus* omnes.
80. eapse) ita Vgol. et Grap. e codd. - *ea ipsa* V. L. P. S. sic) om. V. L. P. O. S. succincta) - *cinta* V. - *cinete* C. *nobis* addit O.
81. ne morae illi sim, petam) *memora illis impera* V. L. P. S. *me moror. ibo atque rogabo* O.
82. ecquist in villa) *ecquis in villa est* V. *ecquis in villast* rell. hoc) om. omnes. Gruterus e cod. alt. Pal. recepit.

Digitized by Google

ACTVS SECVNDVS. SCENA QVARTA

SCEPARNIO. AMPELISCA

Quis éſt, qui noſtris tám proterue fóribus facit iniúriam?
AM. Ego ſum. sc. hém, quid hoc boni éſt? heu, edepol ſpécie lepida múlierem!
AM. Sálue adoleſcens. sc. ét tu multum ſálueto adoleſcéntula.
AM. Ád vos venio. sc. accípiam hoſpitio, ſi mox venies véſperi,
Item vt affectam: nám nunc nihil eſt quí te mane múlierem —
Séd quid ais, mea lépida, hilara? AM. aha, nímium familiáriter
Me áttrectas. sc. pro di ímmortales, Véneris effigia haéc quidem eſt.
Vt in ocellis hílaritudo eſt! éia, corpus quoíusmodi!
Súbuolturium! illúd quidem ſubáquilum volui dícere.
Vél papillae quoíusmodi! tum quae índoles in ſáuio eſt!
AM. Nón ego ſum pollúcta pago. pótin' vt me abſtineás manum?

SCEP.) *Sc. ſervus* V. etc. AMP.) *Am. mulier* V. etc.

1. noſtris) om. O.

2. edepol) *aedepol* V. O. La. ſpecie) om. O. mulierem) *mulier* omnes, etiam Pall.

3. et) om. P. O. adoleſcentula) *adul.* V.

4. venies veſperi) „ſic legitur hic locus in noſtris veteribus libris ſine ulla littura aut depravatione litterarum.“ La. *venis*, (*veneris* O.) omnes; omiſſo *veſperi*.

5. Item) *ita* V. L. affectam) *adf.* P. *aff. amplectar* O. nam) *Amp. Nam* P. O. S. eſt) *es* V. a m. pr. mane mulierem) ita La. cuius annotatio incipit: etiam hic locus praeclare e noſtris libris veteribus reſtitutus et refartus eſt. *maneam* V. L. P. O. S. *manem* Pall. *inanem* C.

6. Sed) *Scep. Sed* P. O. S. aha) *ah* V. L. P. O. S.

7. attrectas) *adtractas* V. L. *adtractus* P. pro) *proh* O. di) *dii* V. L.

8. eſt) om. O. eia) *eya* V. L. quoiusmodi) *cui.* V. L. P. C. La.

10. quoiusmodi) ut v. 8. ſavio) *ſanio* V. a m. pr.

11. pollucta) *polluta* V. L. O. S. pago) *palpo* codd. Vallae.

Digitized by Google

sc. Nón licet te ſíce placide béllam belle tángere?
AM. Otium vbi erit, túm tibi operam lúdo et deliciaé dabo.
Núnc, quamobrem huc ſum míſſa, amabo, vél tu mi aias, vél neges.
sc. Quíd nunc vis? AM. ſapiénti ornatus, quíd velim, indiciúm facit.
sc. Meús quoque hic ſapiénti ornatus, quíd velim, indiciúm facit.
AM. Haéc ſacerdos hínc me petere iúſſit a vobís aquam.
sc. Át ego baſilicús ſum: quem niſi óras, guttam nón feres.
Nóſtro illum puteúm periclo et férramentis fódimus.
Níſi multis blandítiis, a me gútta ferri nón poteſt.
AM. Cúr tu aquam grauáre, amabo, quam hóſtis hoſti cómmodat?
sc. Cúr tu operam grauáre mihi, quam cíuis ciui cómmodat?
AM. Ímmo etiam tibi, méa voluptas, quaé voles faciam ómnia.
sc. Eúgepae! ſaluús ſum: haec iam me ſuám voluptatém vocat.
Dábitur tibi aqua, né nequidquam mé ames. cedo mi vrnám. AM. cape.
Própera amabo efférre. sc. manta: iam híc ero, volúptás mea.

12. fice) *fic* Pall. V. L. P. O. S. *ficce* C. La. „a verſu iſto lacuna eſt in MS. pr. duorum plane verſuum.“ T G.

14. mi) *mihi* omnes.

15. ſapienti ornatus) *sapientior natus* P. *sapientior nata* O.

16. hunc verſum V. a m. pr. om. et a m. ſ. in ima pagina additum habet. Meus quoque hic) *hic quoque* O. sapienti ornatus) *sapientior natus* P. O.

17. Haec) *hic* V. L. P. O. S. ſacerdos) *ſ. Veneris* omnes. iuſſit a vobis aquam) *aq. i. a vo.* V. L. P. O. S.

18. baſilicus) *baſiliseus* Pal. alt. „In MS. pr. ante hunc verſum rurſus vacuum eſt integri verſus.“ T G.

19. periclo) *periculo* omnes.

20. ferri non) *n. f.* omnes.

21. aquam) *a. mihi* L. et a m. ſ. V. „Poſt haec etiam ſpacium eſt verſus unius in MS. pr.“ T G.

22. gravare) *gravere* O.

23. Immo) *imo* V. L. P. O. S. C.

24. Eugepae) *pae* om. omnes. ſalvus) *salvos* O. *perſalvus* V. L.

25. ne) om. V. L. O. me) om. O. mi) *mihi* omnes.

26. Propera) *Propterea* O. efferre) *eff.* V. L. manta) *mane* V. L.

Digitized by Google

AM. Quíd ſacerdotí me dicam hic démoratam
tám diu?
Vt etiam nunc míſera timeo, vbi óculis intueór
mare!
Sed quíd ego míſera vídeo procul in líttore?
Meum herúm lenonem Sícilienſemque hóſpitem?
Quos périiſſe ambos míſera cenſebam ín mari.
Iam illúd mali plus nóbis viuit, quám ratae.
Sed quíd ego ceſſo fúgere in fanum, ac dícere haec
Palaéſtrae, in aram vtí confugiamús prius,
Quam huc ſcélěſtus leno vénjat, nosque hic ópprimat?
Confúgiam hinc: res ita ſúppetit ſubitó mihi.

ACTVS SECVNDVS. SCENA QVINTA

SCEPARNIO

Pro di ímmortales, ín aqua nunquam crédidi
Volúptátem ineſſe tántam! vt hanc traxí lubens!
Nimió minus áltus púteus viſuſt, quám prius.
Vt ſíne labore hanc éxtraxi! praefíſcine,
Satís nequam ſum, vtpóte qui hodie incéperim
Amáre. hem tibi aquam, méa tu bella. hem ſíc volo
Te férre honeſte, yt égo fero: vt placeás mihi.
Sed vbi tu es delicáta? cape aquam hanc ſís. vbi es?

27. me) *meae* V. L. P. O. S. C. *me* codd. La. habent, et MS. pr. Cam. *meo* MS. ſec. „hic quoque in MS. pr. Cam. ante hunc verſum vacant duae lineae; ut et una linea poſt ipſum." T G.

29. littore) *litore* V. O.

31. periiſſe) *periſſe* V. L. miſera) om. O.

32. mali plus) *p. m.* V. L. P. O. S.

34. uti) *ut* V. L. P. O. S.

35. leno) *homo leno* V. sed ſub *homo* puncta.

36. hinc) *huic* Pall. V. L. *huc* La. ex codd. res ita) *i. r.* La. ſubito) - *ta* La. mihi) om. V. L. P. O. S.

SCEP.) *Sc. ſervus* V. etc.

1. Pro) *Proh* O. C. La. di) *dii* V. L.

3. viſuſt) *viſus eſt* V. L. P. O. S. C. *viſus'st* La.

4. praefiſcine) *praeficisci ne* Pall. V. P. *proficisci ne* L. *praefeſtine* O. *proficiscin* S. *praeficiſſime* C.

5. nequam) *Vt neq.* O. utpote) *ut pro te* V. L. P. S. *pro te* O. inceperim Amare) *a. i.* O.

6. bella) *belliata* Pall. (ſecundum Gron.) V. L. P. O. S.

8. tu) om. V. L. P. S. sis) *sic* V. L. P. O.

Digitized by Google

Amat hércle me, vt ego opinor: delituit mala.
Vbi tu és? etiamne hanc vrnam es acceptúra?
vbi es?
Commódule melius. tándem vero ſério.
Etiam ácceptura es vrnam hanc? vbi tu es géntium?
Nusquam hércle equidem illam vídeo: ludos mé facit.
Appónam hercle vrnam iám ego hanc in mediá via.
Sed aútem quid ſi hanc hínc abstulerit quíspiam
Sacram vrnam Veneris? mi éxhibeat negótium.
Metuo hércle, ne illa múlier mi inſidiás locet,
Vt cómprehendar cúm ſacra vrna Véneria.
Nempe óptumo me iúre in vinclis énicet
Magiſtrátus, ſíquis me hánc habere víderit.
Nam haec líttera taſt: áb ſe cantat cúia ſit.
Iam hercle éuocabo hinc hánc ſacerdotém foras,
Vt hánc accipiat vrnam. accedam huc ád fores.
Heus ſís, Ptolemocratía, cape hanc vrnám tibi.
Muliércula neſcio quae hánc huc ad me détulit.
Intró ferunda eſt. répperi negótium:
Siquidém mihi his vltro ággerunda etiam éſt aqua.

10. es acceptura) *a. e.* V. L. P. O. S. ubi) *ubinam* O.

12. acceptura es) *e. a.* C. La.

13. 14. equidem - hercle) om. V. P. O. S.

14. via) *ſistam via* O.

15. Sed autem) *ſedentem* Valla.

16. mi) *mihi* V. L. O. S. C. La. exhibeat) *exhibebat* V. L.

17. mi) *mihi* omnes.

18. comprehendar) *comprendar* V. *comprendas* L.

19. optumo me) *optime* V. L. P. S. *optimo me* C. La. vinclis) *vinculis* P. S. C.

20. Magiſtratus, ſi) *magram iuſſi* L. V. et in hoc a m. ſ. ſup. *l. niſi.*

21. litteratast) - *ta eſt* L. *littrata eſt* V. *liter.* O. S. C. ab ſe) *eapſe* MS. pr. Cam. et nonnulli codd. La. cuia) *quoia* O.

22. Iam) *Nam* O.

23. urnam) *nam* P. O. S. huc) *iam huc* O.

24. ſis, Ptolemocratia) *ſi ptolemeo gratia* V. L. P. (- *maeo* P.) „sunt qui legerint *heus, si tolloni gratia.*“ Saracenus. *ſic tolloni gratia* O. *sis, tolle mea gratia* S.

25. neſcio quae hanc) *h. n. q.* omnes.

26. Intro ferunda eſt) *Introferunda'st* codd. La. omnes. *in proferunda eſt* Pall. S. *in proferundast* V. L. P. *in proferunda* O. *in proferunda abiit* C. La. repperi) *reperi* C. La.

27. mihi his ultro) *h. m. u.* V. L. P. S. *m. u. h.* O. *h. u. m.* C. La. aggerunda) *adger.* P. Bo.

Digitized by Google

ACTVS SECVNDVS. SCENA SEXTA

LABRAX. CHARMIDES

Quĭ homó ſeſe miſerum átque mendicúm volet,
Neptúno credat ſéſe atque aetatém ſuam.
Nam ſíquis quid cŭm eó rei commíſcuit,
Ad hóc exemplum amíttit ornatúm domum.
Edepól Libertas lépida es, quae nunquám pedem
Voluíſti in nauem cum Hércule vna impónere.
Sed vbi ílle meus eſt hóſpes, qui me pérdidit?
Atque éccum incedit. CH. quó, malum, properás Labrax?
Nam equidém te nequeo cónſequi tam ſtrénue.
LA. Vtinam égo te priu'quăm óculis vidiſſém meis,
Maló cruciatu in Síciliam perbíteres,
Quem própter hoc mihi óbtigit miſeró mali!
CH. Vtinám, quum in aedes me ád te adduxiſtí tuas,
In cárcere illo pótius cubuiſſém die!
Deosque ímmortales quaéſo, dum viuás, vti
Omnés tui ſimiles hóſpites habeás tibi.
LA. Malám Fortunam in aédis te adduxí meas.
Quid míhi ſceleſto tíbi erat auſcultátio?
Quidue hínc abitio? quídue in nauem inſcénſio?
Vbi pérdidi etiam plús boni quam míbi fuit.
CH. Pol mínime miror, náuis ſi fractáſt tibi,
Scelu' te ét ſceleſte párta quae vexít bona.

LABR.) *Labrax leno* V. etc. CHAR.) *Carm. Parasitus* V. *Charm. Parasitus* P. O. *Ch. Siculus* C. La.

1. homo) *homo hominem* O. Bo. atque) *et* omnes.

2. Neptuno) - *unno* C.

3. quid cum eo) *c. e. q.* V. L. P. S. Bo. *cum illo quid* O.

5. Edepol) om. V. a m. pr. *Aedepol* O. La. ut solent.

6. navem) *navim* O. cum) *mecum* P. O. S. Hercule) *hercle* Pall. V. L. P. O. S.

10. LA.) om. S. (?) ego) om. V. L. P. S. C. La.

11. Siciliam) - *lia* La. C. contra codd. perbiteres) *proficisceres* V. L. *prebiteres* P. *praebiteres* O. S.

13. CH.) om. V. L. P. O. (S?) aedes) - *is* V. L. P. S. - *eis* O. La. me ad) *meas* P. O. S. adduxisti) *adduxi* P. O. S. tuas) om. V. L. P. S. *primulum* O.

16. similes) *simeles* V. in marg. *al. siculos.*

17. LA.) om. V. L. P. O. S. Fortunam) *fort.* omnes.

18. erat) *erit* P.

19. navem) *navim* O.

21. fractast) *fracta sit* V. L. tibi) *ibi* P. O. *ubi* S.

Digitized by Google

LA. Pessúm dedisti blándimentis mé tuis.
CH. Sceléstiorem coénam coenauí tuam,
Quam quaé Thyestae antépolita est et Téreo.
LA. Perii, ánimo male fit! cóntine, quaeso, caput.
CH. Pulmóneum edepol ními' velim vomitúm vómas.
LA. Eheu, Palaéstra atque Ampelísca, vbi ésti' nunc?
CH. Piscíbus in alto crédo praebent pábulum.
LA. Mendícitatem mi óbtulisti operá tua,
Dum tuís auscúlto mágnidicis mendáciis.
CH. Bonam ést quod habeas grátiam meritó mihi,
Qui te éx insulso sálsum feci operá mea.
LA. Quin tu hínc is a me in máxumam malám crucem.
CH. Eás: easque rés agebam cómmodum.
LA. Eheú, quis viuit mé mortalis míserior?
CH. Ego múlto tanto míserior, quam tú Labrax.
LA. Qui? CH. quía ego indignus súm; tu dignu's, quí sies.
LA. O scírpe, scirpe, laúdo fortunás tuas,
Qui sémper seruas glóriam aritúdinis.
CH. Equidém me ad velitátionem exérceo:
Nam omnía coruśca praé trémore fábulor.
LA. Edepól, Neptune, es bálneator frígidus:
Cum véstimentis pósteaquam abs te abii, álgeo.

23. Pessum dedisti) *pessunded.* V. L. blandimentis me) *m. b.* omnes.
24. CH.) om. V. L. P. S. coenam coenavi) *caenam caen.* V.
25. Thyestae) *thiestae* V. Post TH. omnes addunt *quondam.* antepolita) *appolita* C. contra codd. est) om. O. et) *ab* O. S. Tereo) *atreo* V. L. P. S.
26. LA.) om. V. L. P. S. Perii) *peri* V. L.
27. Pulmoneum) *polm.* V. L. *Pulmonem* O. edepol) *aed.* V. ut solet. vomitum) - *tu* O.
28. LA.) om. P. Eheu) *ehu* V. L. *heu* P. O. S. nunc) *miserue* addit O.
29. CH.) om. P.
30. mi) *mihi* omnes.
34. maxumam) *maximam* omnes, praeter O.
35. CH.) om. S. Eas) *Das* Pall. V. L. *da* P. O. om. S. easque) *eas quae* V. P. *quas* O. *meas qui* S. res) *res tecum in navi* O.
36. Eheu) *Heus* V. L. *heu* P. O. S. me) *me ulter* O.
38. dignu's) *dignus* omnes.
41. CH.) om. V. L. P. O. S. me ad velitationem) *mea tu elit.* V. L. *meam velit.* P. O. S. *me advelitationi* codex Turnebi.
42. tremore) *timore* V. L.
43. LA.) *CH.* P. O. S. Neptune) *nune* O.
44. posteaquam abs te) *postquam a. t.* V. L. P. S. *a. t. postquam* O. abii) *abi* V. L. P. O. S. C.

Digitized by Google

Ne thérmopolium quidem vllum ille inſtruit:
Ita ſálſam praebet pótionem et frígidam.
CH. Vt fórtunati ſúnt fabri ferrárii,
Qui apúd carbones áſſident! ſempér calent.
LA. Vtinám fortuna núnc anatina véterer,
Vtí quum exiuiſſem éx aqua, arerém tamen!
CH. Quid, ſi áliquo ad ludos mé pro manducó locem?
LA. Quaprópter? CH. quia pol cláre crepito déntibus.
Sed núnc iure optumó me lauiſſe árbitror.
LA. Quí? CH. qui aúſus fuerim técum in nauem adſcéndere,
Qui a fúndamento mi vsque mouiſtí mare.
LA. Tibi aúſcultaui: tú promittebás mihi
Illíc éſſe quaeſtum máxumum meretrícibus.
Ibi mé corruere póſſe aiebas diúitias.
CH. Iam póſtulabas te, ímpurata bélua,
Totám Siciliam déuoraturum ínſulam.
LA. Quaenám balaena meúm vorauit vídulum,
Aurum átque argentum vbi ómne compactúm fuit?
CH. Eademílla, credo, quaé meum marſúpium,
Quod plénum argenti fúit in ſaccipério.
LA. Eheú, redactus ſum vsque ad vnam hanc túniculam,
Et ad hóc miſellum pállium. perii óppido!
CH. Vel cónſociare míhi quidem tecúm licet:

45. thermopolium) *temop.* V. L. ille) om. V. L. P. O. S. inſtruit) *inſtructum hodie* O.
47. CH.) om. V. L. P. O. S.
48. aſſident) *adſ.* P. Bo.
49. nunc) *n. ego* O. anatina) *anetina* Pall. *a net in a* V. *anet ina* L. *anthracina* O.
50. Vti) *ut* V. L. P. O. S. quum) *poſtquam* O. exiviſſem) *exiſſem* V. L. P. S. arerem) *in aerem* V. L.
51. manduco) - *ca* O. - *ce* S.
53. Sed nunc) om. Pall. V. L. P. S. iure) *vino* V. L. optumo) *optimo* omnes, praeter O. laviſſe) *laviſſem* V. L. arbitror) ante hoc in V. eſt *opinor*, sed cum punctis.
54. qui) *quia* omnes. auſus fuerim) *auderem* omnes, praeter O. navem) - *im* O. adſcendere) *aſc.* omnes.
55. mi) *mihi* omnes.
56. Tibi) *t. autem* V. L. P. O. S.
57. Illic) *Illi* C. La. maxumum) - *imum* V. P. C. La.
59. belua). *bellua* V. ſed prior l puncto not. *belula* P.
60. devoraturum) *devortat.* P.
61. balaena) *ballena* V. L.
65. Eheu) *Ehu* V. L. *Heu* P. O. S. redactus ſum) *s. r.* O. usque ad unam hanc) *us. ad h. un.* V. L. P. S. C. *ad h. us. un.* O.
66. oppido) *opido* L.
67. conſociare) *conſciare* Pall. V. L. P. *conſiliare* Valla. *conciliare* S.

Digitized by Google

Aequás habemus pártes. LA. ſaltem ſí mihi
Muliérculae eſſent ſáluae, ſpes aliquaé forent.
Nunc ſí me adoleſcens Pleuſidippus víderit,
A quo árrhabonem pró Palaeſtra accéperam,
Iam ſe éxhibebit híc mihi negótium.
CH. Quid, ſtúlte, ploras? tíbi quidem edepol cópiaſt,
Dum língua viuet, quí rem ſoluas ómnibus.

ACTVS SECVNDVS SCENA SEPTIMA

SCEPARNIO. LABRAX CHARMIDES

Quíd illuc, obſecró, negoti, quód duae muliérculae
Híc in fano Véneris ſignum fléntes amplexaé tenent,
Néſcio quem metuéntes miſerae? nócte hac vero próxuma
Sé iactatas, átque eiectas hódie eſſe aiunt é mari.
LA. Obſecro hercle, adoléſcens, vbi iſtaec ſúnt, quas memoras, múlieres?
SC. Híc in fano Véneris. LA. quot ſunt? SC. tótidem, quot ego et tú ſumus.
LA. Némpe meae. SC. nempe néſcio iſtuc. LA. quá ſunt facie? SC. ſcítula.
Vél ego amare vtrámuis poſſim, ſí probe appotús ſiem.

69. aliquae forent) *aliqua foret* S.
70. me) om. O. Pleusid.) *ples.* P.
71. arrhabonem) *arrab.* V. O. C La. *arab.* P.
72. ſe) ita etiam Pall. *is* C. La. 1595. *his* La. 1577.
73. quidem) *equidem* V. L. SCEP.) *Sc. ſervus* V. etc. LA.) *La. leno* V. In rell. haec tertia persona eſt, ſed cum eodem additamento, praeter O. qui h. l. tria nomina nuda poſuit. CH.) *Car. paraſitus* V. *Ch. paras.* P. *Ch. ſiculus* C. La.

1. illuc) *eſt illuc* V. L. P. *illud* O. *eſt illud S. iſtuc eſt* C. La. negoti) *negocii* V. inter lin. a m. ſ. (a m. pr. om.) L. P. C. *negoci* O. *negotii* S. La.
3. nocte hac vero proxuma) „Pal. pr. *nunc*, ſec. *non*." T G. (credo, pro *vero*.)
4. eiectas) *iectas* O.
5. iſtaec) *iſtae* O. La.
6. quot - quot) *quod - quod* O.
7. neſcio iſtuc) *i. n.* O.
8. poſſim) *poſſum* V. L. P. O.
8. appotus ſiem) *adpotuiſſem* V. L. P.

Digitized by Google

LA. Nempe puellae? sc. nempe moleſtus és: abi, viſe, ſi lubet.
LA. Meás oportet íntus eſſe hic múlieres, mi Chármides.
CH. Iúppiter te pérdat, et ſi ſúnt, et ſi non ſúnt tamen.
LA. Íntro rumpam iam húc in Veneris fánum.
CH. in barathrum máuelim.
Obſecro, hoſpes, dá mihi aliquid, vbi condormiſcám, loci.
sc. Íſtic, vbi vis, cóndormiſce: némo prohibet, públicum eſt.
CH. Át vides me, ornátus vt ſim véſtimentis vuidis.
Récipe me in tectúm, da mihi veſtímenti aliquid áridi,
Dúm mea areſcúnt: in aliquo réferam gratiám tibi.
sc. Tégillum ecillúd mihi vnum aréſcit: id ſi vís, dabo.
Eódem amictus, eódem tectus éſſe ſoleo, ſí pluit.
Tu íſtaec mihi dato: éxareſcant ſáxo. CH. eho, an te poénitet,
Ín mari quod élaui, niſi híc in terra iterum éluam?
sc. Éluas tu, an émungare, cíccum non intérduim.

9. abi) om. omnes. „*Viſe intro si lubet.* Ita eſſent numeri pleniores.“ C.
10. mi) *meae* V. L. P. S.
11. Iuppiter) *Iupiter* V. P. Bo.
12. Intro rumpam) *Intror.* P. O. Bo. huc) *hic* V. a m. pr. barathrum) *barátrum* omnes, excepto fort. S.
13. ubi condormiſcam, loci) *l. u. c.* V. L. P. *l. u. c. parum* O. *loci* om. S.
14. condormiſce) - *ſcere* V. ſed punctis notata ſyllaba *re.*
15. uvidis) *humidis* V. L.
16. in tectum) *int.* O. veſtimenti - aridi) *veſtium - ariſti* V. L.
17. mea areſcunt) *a. m.* V. L. *meae* P. S. referam gratiam tibi) *t. g. r.* V. L. P. S. *t. r. g.* C. La.
18. Tegillum) Ita etiam Feſtus p. CCXC. 22. *Tigillum* Pall. V. P. S. eccillud) *eo illud* Pal. alt. P. S. *habeo illud* V. L. *eho illud* O. areſcit) *aret* Feſtus. Pall. V. L. id) *it* Pall. om. P. S.
19. eodem tectus) *t. e.* O. pluit) *pluvit* V. C.
20 exareſcant) - *ſcent* L. La. eho) *eo* S.
21. elavi) *delavi* V. L. P. O. S. niſi) *ne* V. L. P. O. S. hic) om. S. iterum) om. V. L. P. S. *quoque* O.
22. tu, an) *tu hanc* L. V. et hic in m. *al. tua ne.* emungare) *exung.* omnes. (*exungere* S.) ciccum non interduim) *ſiccum vero interdum* V. L. P. *Sicus verum interim* O. *ſiccus verum interdum* S.

Digitized by Google

Tíbi ego nunquam quídquam credam, nón accepto pígnore.
Tú vel ſuda, vél peri algu, vél tu aegrota, vél vale.
Bárbarum hoſpitém mihi in aedes, níl moror: ſat líquum eſt.
CH. Iámne abis? venáleis illic dúctitauit, quísquis eſt:
Nón eſt miſericórs. ſed quid ego hic ádſto infelix, vuidus?
Quín abeo hinc in Véneris fanum, vt édormiſcam hanc crápulam,
Quám potaui praéter animi, quám libuit, ſenténtiam.
Quáſi vinis Graecís Neptunus nóbis ſuffudít mare.
Itaque aluum prodí ſperauit nóbis ſalſis póculis.
Quíd opuſt verbis? ſi ínvitare nós paulliſper pérgeret,
Ibídem obdormiſſémus: nunc vix víuos amiſít domum.
Núnc lenonem, quíd agat intus, víſam, conuiuám meum.

23. nunquam) *n. hodie* O. non) *niſi* omnes.

24. peri) ita etiam V. ſed a m. ſ. ſup. ſcriptum *pigri*. algu) *algens* V. L. vel tu) *Ch. vel tu* P. O. S. *vel etiam* Priſcian. VI. p. 250. Kr. vel vale) *Lab. in aedem is.* S.

25. Barbarum hospitem) *Car. B. h.* V. L. *SCep. B. h.* O. S. mihi in aedes,) *SCep. Mihi in aedem is?* V. L. *m. in aede is* P. om. S. nil) *Car. nihil* V. L. SC. *nihil* P. *nihil* O. C. La. *nihil mihi* S.

26. CH.) *Sc.* V. L. om. P. S. venaleis) *venalis venalis* V. L. P. *venalis* O. C. quisquis) *Car. Quisq.* V. L. P. *Ch. q.* S.

27. adſto) *aſto* omnes. uvidus) *invidus* V. L.

31. alvum) *alvom* O. S. prodi ſperavit) *prodiſperavit* Pall. P. O. C. *prediſperavit* V. *praediſperavit* L. *prodiſparavit* S. La. ſalſis) *falſis* V. L. P.

32. opust) *opus eſt* V. L. nos) *nobis* V. L. P. O.

33. obdormiſſemus) *obdormiviſſ.* L. *edormiſſ.* C.

34. agat) *agit* V. L. P. O. S. Gron.

Digitized by Google

ACTVS TERTIVS

SCENA PRIMA

DAEMONES

Miríș modis di lúdos faciunt hóminibus,
Mirísque exemplis ſómnia in ſomnís danunt.
Ne dórmientes quídĕm ſinunt quiéſcere.
Velút ego hac nocte, quaé praeceſſit próxuma,
Mirum átque inſcitum ſómniaui ſómnium.
Ad hirúndininum nídum viſa eſt ſímia
Adſcénſionem vt fáceret, admolírier:
Neque eás eripere quíbat inde. póſtibi
Vidétur ad me ſímia adgredírier:
Rogáre, ſcalas vt darem vtendás ſibi.
Ego ad hóc exemplum ſímiae reſpóndeo,
Natás ex Philomela átque ex Procne ĕſſe hirúndines.
Ago cum ílla, nequid nóceat meis popùláribus.
Atque ílla nimio iám fieri ferócior.
Vidétur ultro míhi malum minitárier.
In iús vocat me. ibí tum ego neſcio quómodo
Irátus videor médiam arripere ſímiam:

DAEM.) *Demones. is.* P. *Daem. ſenex* O.

1. hominibus) *homnibus* P.

2. ſomnia) *omnia* Pal. pr. L. V. (et hic in m. a m. ſ. *al. ſomnia.*) *nam omnia* P. O. S.

3. dormientes) - *tis* V. P. C. - *teis* O. La.

4. praeceſſit) *proc.* C. Lambinus in textu habet *proceſſit*, at in nota: „QVAE PRAECESSIT.) ſecutus ſum vulgatam lectionem, a quo non discrepant antiqui noſtri libri.“ Et videtur error eſſe in textu. proxuma) - *ima* P. C. La.

6. hirundininum) *hyrundinum* V. L. *hirundinum* S. et duo codd. Prisciani. (L. II. p. 98 Kr.) viſa - *mihi* addunt ſex codd. Prisciani.

7. Adſcenſionem) *aſc.* V. C. La. *aſcenſione* unus cod. Prisciani. admolirier) *admolier* V. L. *adoririer* ſex codd. Prisciani, *adhoriri* unus, *adorier* duo.

8. eripere) *deripere* La. ex codd. ſuis. poſtibi) ita, una dictione, MS. Pal. ſec. *poſt ibi* rell. excepto fort. S.

9. Videtur) *Videbatur* omnes. adgredirier) *adgredier* V. L.

12. Philomela) *philomena* P. O. S. Procne) *Progne* omnes.

14. Atque) *at* V. L. illa) *illaec* O. nimio) *animo* omnes. ferocior. Videtur) *ferocior Videtur.* P. O.

16. tum) om. omnes. ego neſcio) *n. e.* C. La. quomodo) *quonam modo* O.

Digitized by Google

Concludo iu vincla béſtiam nequiſſumam.
Nunc quam ád rem dicam hoc áttinere ſómnium,
Nunquam hódie quiui ad cóniecturam euádere.
Séd quid hic in Véneris fano oritúr clamoris?
ánimus mirat.

ACTVS TERTIVS. SCENA SECVNDA

TRACHALIO. DAEMONES

Pró Cyrenenſés populares! vóſtram ego imploró fidem.
Ágricolae, accolaé propinqui qui éſtis his regiónibus,
Férte opem inopiae, átque exemplum péſſumum peſſúm date.
Víndicate, ne ímpiorum pótior ſit polléntia,
Quam ínnocentum, quí ſe ſcelere ſíeri nolunt nóbiles.
Státuite exemplum ímpudenti, dáte pudori praémium.
Fácite, hic lege pótius liceat, quám vi, victo víuere.
Cúrrite huc in Véneris fanum, vóſtram iterum imploró fidem,
Quí prope hic adéſtis, quique audítis clamorém meum.
Férte ſuppetiás qui Veneri Véneriaeque antíſtitae

18. vincla) *vincula* S. nequiſſumam) - *ſimam* V. L. P. C. La.

21. hic) om. V. L. P. S. *nam* O. fano) *fanom* Pal. pr. Atque C. h. l. versum claudens: Versus, inquit, mutilus. affingi poteſt tale aliquid, *intus obſecro*. La. verq addit ex codd. *meae vicinae*. quod idem exſtare in codd. teſtatur Turnebus. oritur clamoris) c. q. omnes. animus mirat) Ita Pall. om. O. *miratur animus* V. L. *an miratur* P. S. *an. miratur meus* C. La.

TRACH.) *TRACAL. ſervus* V. et *ſervus* additum eſt in rell. DAEM.) *D. ſenex* V. etc. *Demonis ſ.* P.

1. Pro) *Proh* O. voſtram) *veſt.* V. L. P. C. La.

2. Agricolae) om. V. L.

3. peſſumum) *peſſimum* V. L. P. peſſum date) *peſſund.* omnes.

4. pollentia) *polentia* P. O.

5. innocentum) - *tium* C. La. nolunt) ita etiam Pall. *volunt* V. L. C. La.

6. impudenti) - *tiae* La.

7. vi) om. V. a m. pr. victo) om. S.

8. voſtram) *veſt.* V. L. P. C. La.

10. antiſtitae) *antiſtae* V. L. P. *Antiſtitae* C.

Digitized by Google

Móre antiquo in cúſtodelam ſuúm comíniſerúnt caput.
Praétorquete iniúriae priu' cóllum, quam ad vos péruenat.
DAE. Quíd íſtuc eſt negóti? TR. per ego te haéc genua obteſtór, ſenex,
Quísquis es. DAE. quin tu érgo omitte génua, et quid ſit, mi éxpedi,
Quód tumultués. TR. teque oro et quaéſo, ſi ſperás tibi
Hóc anno multúm futurum ſírpe et laſerpícium,
Eámque euenturam éxagogam Cápuam ſaluam et ſóſpitem,
Átque ab lippitúdine vsque ſíccitas vt ſít tibi.
DAE. Sánun' es? TR. ſeu tíbi confidis fóre multam magúdarim,
Vt te ne pigeát dare operam míhi, quod te orabó, ſenex.
DAE. Át ego te per crúra et talos térgumque obteſtór tuum,
Sí tibi vlmeam vberem eſſe ſpéras virgidémiam,
Ét tibi eſſe euénturam hoc anno vberem meſſém mali,
Vt mihi íſtuc dicás negoti quíd ſit, quod tumúltues.

11. antiquo) *audito* L. cuſtodelam) *cuſtodiam* V. L. P. S. C. La. *tutelam* O.

12. Praetorquete) *praetor quae te* V. L. *praetorque te* P. *praetorquere* S. pervenat) - *niat* V. L. P. S. C. La. - *nit* O.

13. eſt negoti) *est negotii* V. L. S. La. *eſt negocii* P. C. *negocii eſt* O. te haec genua) *h. g. t.* V. L. P. O. S. obteſtor) *ob te obteſtor* V. L.

14. tu) ut O. mi) *nihil* P. *mihi* rell.

15. Quod tumultues) „pro *tumultueris*, quanquam MSS. hic turbent, et vet. ed. habeant *Ecqui tu es?*“ T G. *Et quiqui tu es* V. L. *Ecqui tu es* P. S. *Et qui tu es primum* O. *Quid tumultues* C. La.

16. ſirpe) *ſcyrpe* V. *ſcirpe* L. laſerpicium) - *tium* V. S. La.

17. eventuram) *venturam* La. Cápuam) *capram* V. L. om. O. *captam* S.

19. magudarim) *magidari* MS. pr. Pal. *maguderim* V. L. Priſcian. Putsch. p. 757. At Krehl. e MSS. dedit *magudarim* p. 825.

20. Vt te) *te* om. O.

22. Si) *Vt* V. Pall. ſec. Pareum, et, ut videtur, Gronovium. P. O. S. C. La. ulmeam uberem) *ub. ul.* O. speras) *speres* omnes.

23. eſſe) om. V. L. P. O. eventuram hoc anno) *h. a. e.* V. L. P. O. S.

24. negoti) *negotii* vel *negocii* omnes, ut ſolent.

Digitized by Google

TR. Quí lubet maledícere? equidem tíbi bona optaui ómnia.
DAE. Béne equidem tibi díco, qui, te dígna vt eueniánt, precor.
TR. Óbſecro, hoc praeuórtere. DAE. ergo quíd negoti eſt? TR. múlieres
Duae ínnocentes íntus hic ſunt, tui índigentes aúxili,
Quíbus aduorſum iús legesque hic ínſignite iniúria
Fácta eſt ſitque in Véneris fano. túm ſacerdos Véneria
Índigne afflictátur. DAE. quis homo eſt tánta confidéntia,
Quí ſacerdotem aúdeat violáre? ſed eae múlieres
Quaé ſunt? aut quid iís iniqui fít? TR. ſi das operam, éloquar.
Véneris ſignum ſúnt amplexae: nunc homo audacíſſumus
Eás deripere vúlt. eas ambas éſſe oportet líberas.
DAE. Quís íſtic eſt, qui deós tam parui péndit? paucis éxpedi.
TR. Fraúdis, ſceleris, párricidi plénus, periuríſſumus,
Légirupa, impudéns, impurus, ſnuerecundíſſumus:

25. optavi) *exoptavi* omnes.

27. TR.) om. V. L. P. O. S. hoc) *te* V. *huc* La. praevortere) *revertere* V. L. *revorti.* rell. DAE.) om. V. L. P. O. S.

28. innocentes) *innocens* V. L. auxili) - *lii* omnes.

29. hic) om. O. in rell. legitur poſt *iniuria.*

31. afflictatur) *adfl.* P. Bo.

32. audeat violare) *v. a* V. L. P. S.

33. iis) *his* V. L. iniqui) *iniquam* V.

34. nunc homo audaciſſumus) *nunc* V. L. P. O. S. C. omiſſis *h. a.* „Imperfectus eſt verſus. Suspicari cuivis facile fuerit, atque affingere quid deeſſe videatur. ut ad hoc exemplum, *Vir ſceleratiſſ.* aut, *vir audaciſſimus.* Similiter et tertius ab hoc compleri poſſet, tali clauſula, *Eloquere obſecro.*" C. *homo audaciſſimus* La. e codd. ſuis dedit.

35. deripere) *dir.* V. vult) *volt* L. O. S. eas) om. O. eſſe) *adeſſe* O. liberas) om. V. L. P. O. S.

36. iſtic) *hic* P. O. S. C. deos tam parvi) *t. p. d.* O. paucis expedi) om. omnes, praeter La., qui hoc quoque e ſuis codd. promſiſſe contendit. cf. ad v. 34.

37. parricidi) - *dii* omnes. plenus, periuriſſumus) *periurii plenus* Pal. pr. V. L. P. O. S. *periurii pleni* Pal. ſec. *periurii pleniſſimus* C. La.

Digitized by Google

Vno verbo abſóluam, Leno eſt: quíd illum porro praédicem?

DAE. Édepol infortúnio hominem praédicas donábilem.

TR. Quí ſacerdotí ſceleſtus fauces interpréſſerit.

DAE. Át malo cum mágno ſuo hercle fécit. ite iſtínc foras,

Túrbalio, Sparáx! vbi eſtis? TR. i óbſecro íntro, ſúbueni

Íllis. DAE. iterum autem ſmperabo? ſéquimini hac.

TR. age núnc iam,

Iúbe oculos elídere, itidem vt ſépiis faciúnt coqui.

DAE. Próripite hominem pédibus huc, itidém quaſi occiſám ſuem.

TR. Aúdio tumúltum: opinor, léno pugnis péctitur. Ními' velim improbíſſumo homini málas edentáuerint. Séd éccas ipſae huc égrediuntur tímidae e fano múlieres.

ACTVS TERTIVS. SCENA TERTIA

AMPELISCA. PALAESTRA

TRACHALIO

Núnc id eſt, quum ómnium cópiarum átque opum, Aúxili, praéſidi, víduitas nós tenet.

39. Vno verbo) *v. u.* O. Leno eſt) *lenoſt* vel *leno'st* omnes.

40. infortunio hominem) *hominem in fortunio* O.

41. ſacerdoti) - *tis* V. L. P. O. fauces) - *cis* V. L. P. C. - *ceis* O. La. interpreſſerit) *iter preſſerit* C. *interpreſſerit?* La.

42. malo cum magno) *mag. c. malo* P. O. S. hercle fecit) *f. h.* V. L P. O. S. Gr.

43. i) om. V. L. intro) *intus* V. L.

44. illis) om. O. autem) *aut* Pal. ſec. *haud* Pal. pr. S. C. La.

45. Iube) *Illi iube* O. ſepiis) *ſaspiis* V. *ſepius* O.

46. Proripite) *Porrigite* MS. pr. Pal. a m. pr.

47. pectitur) *plect.* Pal. ſec. V. L. P. O.

48. improbiſſumo) - *simo* V. L. P. C. La. In O. *homini* praepoſitum eſt. malas edentaverint) *mala ſedentav.* V. L. *mala ſe dentav.* P. *mala ed.* S.

49. eccas) *ecce* omnes. ipſae) *ipſe* P. huc) om. V. L. P. O. S. e fano) *ac fandae* V. L.

AMP.) *Pal. Amp puellae Tracalio ſervus* V. *Trach. ſervus. Paleſtra. Ampeliſca ſorores II.* P. *Paleſt. Trach. Amp.* O. *Trach. ſervus. Palaeſtra. Ampeliſca. duae mulieres* C. *Palaeſtra. Trach. ſervus. Ampeliſca duae mul.* La.

1. id eſt) *idem* V. L. P. S. *demust* O.

2. Auxili, praesidi) - *lii* - *dii* omnes. nos) ita V. ſed sup. a m. ſ. *l. non.*

Digitized by Google

Vlla nec ſpécula eſt, quaé ſalutem áfferat.
Néc quam ín partem íngredi pérſequamúr, ſcio.
Máxumo míſeraé ambae ín metu núnc ſumus.
Tánta ímportúnitas, tántaque iniúria
Fácta ín nos éſt modo hic íntus ab nóſtro hero.
Quí ſceleſtús ſacerdótem anum praécipem
Réppulit, própulit, pérquam índignís modis.
Nósque ăb ſigno íntimo ví ſua déripuit.
Séd nŭnc ſe vt rés fŏrtunaéque noſtraé ferunt,
Pár moriri éſt. neque eſt méliu' morte ín malis
Rebús, miſeris.
TR. Quid éſt? quae illaec orátioſt? ceſſo hás ego conſolári?
Heús, Palaeſtra! PA. óbſecro, quí vocat?
TR. Ampeliſca, heús! AM. quis eſt quí vocat?
PA. Quis is éſt, qui nominát? TR. ſi reſpexís, ſcies.

3. Vlla nec) om. Pall. L (et hi cum lacuna) V. P. *nec* O. S. *nec ulla* C. La. „noſtri libri veteres hic non ſatis integri neque liquidi ſunt. habent enim obſcure, partim, *ſe nec via est*, partim, *ſed ne via eſt*," La. ſpecula) *cuja* Pall. L. et ante corr. V. S. *quoia* O. afferat) *afferat* omnes. Poſt hoc in Pall. lacuna eſt.

4. Nec quam in partem) . . . *artem* Pall. *rtem* (poſt lacunam) P. *Item* V. L. *Nec ſcimus q. in p.* C. La. ſcio) om. V. L. P. C. La. *ſcire poſſumus* O. In S. totus verſus h. l. omiſſus eſt.

5. Maxumo miſerae) . . *ae* Pall. om V. L. P. O. S. *Maximo miſ.* C. La. ambae in metu nunc ſumus) *in mc. n. ſ. ambae* omnes; et O. his addit *maxumo*.

6. Tanta) om. Pall. P. (et hi cum lacuna, quae in P. paullo maior eſt) V. L.

7. Facta in nos) . . *nos* Pall. P. *apud nos* V. L. eſt) *habet Sed partem ingredi perſequimur* S. hic intus) *i. h.* V. L. noſtro hero) *noſtra herus* S.

8. Qui) om. Pall. P. (cum lacuna, quae in P. multo maior eſt) V. L. *Qui ſacram* O. *timidas Ara* S. ſceleſtus) *ſcèleſtu* Pall. *ſceleratus* La. ſacerdotem anum) *ſacerdote manum* V. L. P. *ſacerdote* S. praecipem) *-pes* Pall. V. L. P. S. *praeceps* O.

9. Reppulit) *Repulit* O.

10. intimo) *intumo* O. vi ſua déripuit) *videri potuit ſuas* V. L. P. S. *eripere voluit* O. *vi der. ſua* C. La.

11. ſe ut) *ſeſe ut* V. L. P. S. C. La. *ut ſeſe* O. ferunt) ante *res* in omnibus.

12. Par moriri eſt) *pars est mor.* V. L. *par eſt m.* P. S. C. La. *mari par eſt* Q.

13. „Hoc eiecto verſiculo, nihil deeſſet neque ad ſententiam neque ad orationem." Reiz. miſeris) *miſerrimis* V. L. *meis feriis* P. S.

14. oratioſt) *eſt oratio* L. V. et in hoc in marg. a m. ſ. *al. orat poſt* has ego conſolari) *e. h. c.* V. L. P. S. C. La. *c. e. h.* Q.

15. obſecro) om. omnes.

16. heus) om. V. L. P. Q. S. in rell. eſt ante *Ampeliſca*. quis) *obſecro quis* omnes.

17. is) om. V. L. reſpexis) ita V. ſed ſup. *l. er*

Digitized by Google

PA. Ó ſalutís meae ſpés! TR. tace, ac bóno animo es.
Mé vide. PA. ſí modo id líceat, vt ne ópprimat
Vis, quaé, vim mi afferam ípſa, adigit. TR. ah,
déſine. nimis inépta es.
AM. Deſíſte dictis núnc ïam me míſeram conſolári.
PA. Niſi quíd re praeſidium ápparas, Trachálio, acta
haec rés eſt:
Certúmſt moriri, quám pati graſſári in me lenónem.
Sed múliebri animo ſúm tamen: miſérae vbi venit in méntem
Mihi mórtis, occupát edepol metu' mémbra. TR.
etſi hoc acérbum,
Bonum ánimum habete. PA. nam, óbſecro, vnde animús mihi? TR. inueniétur.
Ne, inquám, timete: aſſídite hic in ára. AM. iſtaec
quid ára
Prodéſſe nobis plús poteſt, quam ſígnum in fano
hic íntus
Veneris, quod amplexaé modo, vnde abréptae per
vim míſerae?
TR. Sedéte hic modo: ego hinc vós tamen tutábor.
aram habéte hanc

19. ut) *vis* omnes.

20. Vis, quae) *quae vis* omnes, etiam Pall. In O. haec duo verba Trachalioni cum ſigno interrogationis tribuuntur. mi) *mihi* omnes.

21. AM.) om. L. *Pa.* O. dictis) *dictu* V. L. P. S. sed in V. ſup. *l. s* me miſeram) *miſ. me* omnes. conſolari) - *re* V. L.

22. PA.) om O

23. Certumſt) *certum eſt* V. L. moriri) *morire* V. L. P. pati) *hunc pati* omnes. graſſari) om. Pall. V. L. P. S. In O. eſt in fine verſiculi, in me lenonem) *l. i. m.* omnes.

24. tamen) *tam* V. L. In V. in marg. a m. ſ. *l. tamen* miſerae) - *re* P. S. *ut miſeras* O. ubi venit) om. Pall. V. L. P. O S.

25. occupat edepol metu' membra) *metus m. o. e.* V. L. P. S. C. La. *metus m. o. Tr. aedepol hoc* etc. O. etſi) om. V. L. P. O. S. hoc) *hunc* V. L. P.

26 habete) *habe te* O. unde animus) *unde? Tr. mox* V. L. *unde Tr. mus* P. *unde? T.. intus* S. mihi? TR. invenietur) *mihi invenitur* V. L. P. *mihi inveniatur?* O. *mihi invenitur?* Pall. C. La. *inibi invenitur* S.

27. Ne) *Tr. Ne* O. C. La. aſſidite) *aſſidete* L. *adſidere* P. S. in ara) *in hac ara* O. *in aram* C. iſtaec quid) *quid iſta* V. L. P. O. S.

28. Prodeſſe nobis plus) *Plus pr. n.* P. O. S. *plus* om. Pall. V. L.

29. abreptae) *abruptae* V. (ſup. vulg. a m. ſ.) L.

30. vos tamen) *t. v.* O.

Digitized by Google

Vobís pro caſtris: moénia haec: hinc égo vos defenſábo.
Praeſídio Veneris málitiae lenónis contra incédam.
AM. Tibi aúſcultamus, et álma Venus ambaé ted obſecrámus,
Aram ámplexantes háne tuam lacrumántes, genibus níxae,
Nos ín cuſtodiám tuam vt recípias, et tutére:
Illós ſceleſtos, quí tuum fecérunt fanum párui.
Vt vlciſcare, nósque vt hanc tua páce aram obſidére
Patiáre, quae elautaé ſumus operá Neptuni nóctu:
Ne inuíſas habeas, néue iccirco nóbis vitio vórtas,
Si quíppiamſt, minú' bene quod lautum éſſe tu arbitrére.
TR. Aequum hásce petere intéllego: decet ábs te id impetrári:
Ignóſcere his te cónuenit: metús, id vt faciant, ſúbigit.
Te ex cóncha natam eſſe aútumant: caue tu hárum conchas ſpérnas.

31. haec) om. omnes. vos) om. O.
32. malitiae) *militiam* V. L. *maliciam* P. S. *et maliciae* O. incedam) *incendam* P.
33. AM.) *Pal.* V. L. alma Venus) *V. a.* omnes. ted) *te* V. L. P. O. S. Gr.
34. lacrumantes) *lachrym.* V. P. *lachrum.* O. *lacrim.* L. S. C. *lacrym.* La.
35. Nos in cuſtodiam) *i. c. n.* V. L. P. O. S. tuam ut) *u. t.* O.
37. Vt ulciscare)...*are* V. L. P. Et *Vt ulci* etiam in Pall. deeſſe videtur, quum Gronovius id aliis typis ſcribi iuſſerit, quo modo ſolet, quae codicum iſtorum auctoritate carent, *et auſi ſunt violare* O. *disperdas arenoſos*: S. nosque) *nos*, O. om. S. obſidere) *obſed.* V. L. P. S. om. O.
38. Patiare, quae elautae)...*aut eae* V. L. P. et Gron. *Patiare quae e* - aliis typis. *amplexae miſerae* O. *Vvidae* S. In V. in m. a m. f. ad *aut eae* notatum: *l. lautae* sumus) *ambae ſumus* omnes. Neptuni) - *nei* V. L. P. - *nia* S. noctu) om. O. *nunc tu* S.
39. Ne invíſas) om. V. L. P. aliis typis Gron. *eiectos perditos hoſtes* O. *Bene* S. iccirco) *idc.* V. P. La.
40. quippiamst) *quippiam eſt* V. L. *quippiam* O. bene quod) *q. b.* V. L. P. S. C. La. *quam decet* O. lautum eſſe tu) *eſſe lautum* V. L. P. S. Gron. *lautum* O. *eſſe lautum tu* C. La. arbitrere) - *trare* omnes, etiam Gron.
41. Aequum) *Aequom* O. Bo. ut solent. hasce) *has* V. L. P. O. S. Gron. intellego) - *ligo* C. La. impetrari) *impetrare* S.
42. metus) *m. has* omnes. ut) om. O. Bo.
43. ex) om. La. 1577.

Digitized by Google

Sed óptume eccum exít ſenex, patrónus mihique et vóbis.

ACTVS TERTIVS. SCENA QVARTA

DAEMONES. LABRAX LORARII. TRACHALIO. PALAESTRA ET AMPELISCA.

Éxi e fano, nátum quantum eſt hóminum ſacrilegíſſume.
Vós in aram abíte ſeſſum. ſéd vbi ſunt? TR. huc réſpice.
DAE. Óptume. LO. iſtuc vólueramus. TR. iúbe modo accedát prope.
DAE. Tún' legirupiónem hic nobiscúm dis facere póſtulas?
Púgnum in os impínge. LA. iniqua haec pátior cum pretió tuo.
DAE. Át etiam minitátur audax. LA. iús meum ereptum éſt mihi:
Meás mihi ancillás inuito me éripuiſti. TR. ergó dato
Dé ſenatu Cyrenenſi quémuis opulentum árbitrum,

44. optume) *optime* V.

DAE.) *D. ſenex* V. etc. LA.) *Lab. leno* V. etc. LOR.) *Mulieres duae* V. etc. TR.) *Lorarii* V. C. La. *Lorarius*, P. PAL. ET AMP.) *Tracalio ſervus* V. *Trach. ſer.* rell. In O. autem inſcriptio haec eſt: *Daemones. Trachalio. Labrax. Lorarius.*

1. ſacrilegiſſume) - *ime* V. L. P. C. La.

3. DAE.) om. V. L. P. O. S. Optume) *optime* V. La. LO.) om. V. L. P. O. S. TR.) om. omnes, etiam Bentl. ad Terent. Ad. V. 7, 16. In Pall. eandem, quam C. ſecutus eſt, personarum diſtinctionem obſervatam eſſe, ex nota Taubmanni colligitur. prope) ita V. ſed ſuper - *p.* a m. I. *l. t*

4. DAE.) om. V. L. P. O. S. Tun') *hunc* V. L. P. S. om. O. legirupionem) *leger*, V, P. *leger. hunc* O. nobiscum) ita V. P. Reliqui *nobis cum*

5. Pugnum) *Dem. Pug.* V. L. P. S. impinge) *impunge P.* patior) *patier* O.

7. mihi ancillas) *a. m.* V. L. P. O. S. me) om. V. L. P. O. S. eripuiſti) *eripis* omnes. TR. Ergo dato) om. V. L. Pall. P. O S.

8. quemvis opulentum) *quamvis opulentus* O. *quemv. opulentus* S. arbitrum) om. V. L. Pall. P. O. S.

Digitized by Google

Sí tuas eſſe opórtet, niue eas éſſe oportet líberas,
Níue te compíngi in carcerem éſt aequum, aetatémque ibi
Te vsque habitare, dónec totum cárcerem contríueris.
LA. Nón hodie iſti rei aúſpicaui, vt cúm furcifero fábuler.
Té ego appello. DAE. cum íſtoc primum, quí te nouit, dísputa.
LA. Técum ago. TR. atqui mécum agendumſt. ſúntne illae ancillaé tuae?
LA. Súnt. TR. agedum ergo, tánge vtramuis dígitulo minumó modo.
LA. Quíd, ſi attigero? TR. extémplo hercle ego te fóllem pugilatórium
Fáciam, et pendentem íncurſabo púgnis, periuríſſume.
LA. Míhi non liceat meás ancillas Véneris de ara abdúcere?
DAE. Nón licet: ita eſt léx apud nos. LA. míhi cum veſtris légibus
Níhil eſt commerci: équidem iam iſtas ámbas educám foras.
Tú ſenex ſi iſtás amas, huc árido argentóſt opus.

9. Si) *Tr. ſi* V. P. O. S. eſſe oportet) *o. e.* V. L.

10. Nive) *Neu* omnes. compingi in carcerem) *i. ca. co.* V. L. Pall. P. O. S. *i. ca. compingier* C. La.

12. rei auſpicavi) *a. r.* O.

14. agendumst) *agedum*: S.

15. agedum) *agendum* P. S. minumo) *minimo* omnes. modo) *al. indo* V. in m. a m. ſ.

16. attigero) *attigere* O. hercle ego) *e. h.* V. L. pugilatorium) *pugillatorium* V. L. P. O.

17. periuriſſume) -*ſime* V. P. C. La.

18. meas ancillas) *a. m.* O. *me has anc.* Ven. 1495.

19. Non licet: ita) om. V. L. P. O. S. C. „Initium deeſt, fortaſſe hoc, *Non licet inquam.*“ C. „NON LICET, ITA EST LEX APVD NOS) Sic habent libri noſtri veteres, idque ego liquido iurare poſſum, ne quis coniecturam eſſe dicat.“ La. cui Turnebus adſtipulatur. mihi) *Quid mihi* V. L. P. O. S. veſtris) *voſtris* O. S.

20. Nihil eſt) om. V. L. Pall. P. O. S. commerci) *commerdi* V. L. *commercii* rell. et O. addit *eſt?* iam iſtas) *iſt. iam* omnes.

21. si iſtas) *ſiſtas* S. amas) *amabas* Pal. ſec. *ambas* V. L. P. O. S. huc) *huie* S. argentost) -*to eſt* V. L.

Digitized by Google

DAE. Hae aútem Veneri cómplacuerunt. LA. hábeat, ſi argentúm dabit.
DAE. Déa tibi argentúm? nunc adeo vt meám ſcias ſenténtiam,
Óccipito modo íllís afferre vím ioculo pauxíllulum,
Íta ego te hinc ornátum amittam, tu ípſus te vt non nóueris.
Vós adeo, vbi ego innúero vobis, ni eí caput exoculáſſitis,
Quáſi murteta iúncis, ego vos vírgis circumuínciam.
LA. Ví agis mecum. TR. etiám vim opprobras, flágiti flagrántia?
LA. Tún' trifurcifér mihi audes ínclementer dícere?
TR. Fáteor, ego trifúrcifer ſum: tú es homo apprimé probus.
Númqui minus hasce éſſe oportet líberas? LA. quid, líberas?
TR. Átque heras tuás quidem hercle, atque éx germana Graécia:
Nam áltera haec eſt náta Athenis, íngenuis parén-tibus.
DAE. Quíd ego ex te audio? TR. hánc Athenis éſſe natam líberam.

23. Dea) *do* omnes, etiam Pall. argentum?) *argentum.* ſine interr. omnes. meam ſcias) *ſ. m.* omnes.

24. afferre) *adf.* V. ioculo) *oculo* V. L. pauxillulum) *pauxillum* V. a m. pr. *pauſillulum* P. O. S. C. La.

25. ego te hinc) *h. e. t.* omnes.

26. innuero) *invenero* C. *enimvero* La. 1577. vobis) om. O. ni) *ſine* Pall. S. C. *ſi non* V. L. P. O. La. *si* codd. La.

27. murteta iuncis) *murreta luncis* V. L. ego) *item ego* omnes. circumvinciam) - *vinclam* V. L. P.

28. TR.) *Daem.* V. L. P. O. S. opprobras) *proportas* V. L. P. *improperas* O. S. flagiti) – *tii* omnes.

29. LA.) om. V. L. P. O. S. Tun') *Tum* V. O.

30. TR.) *Lab.* V. L. P. O. S. apprime) *adpr.* P. Bo.

31. Numqui) *Trac. Nunc qui* V. L. P. S. et Trachalioni haec etiam O. tribuit, ſed habet *Nunc quidem*, omiſſo *minus*. hasce) *has* L. eſſe oportet) *o. e.* omnes.

33. ingenuis parentibus) *in e. . . . tibus* Pal. pr. *sine . . . . tibus* Pal. ſec. V. in quo m. ſ. fecit *sine litibus, ſine ſummis parentibus* L. quod in V. in m. a m. ſ. ut v. l. notatum eſt. *ſine teſtibus* P. S. *ſinceriſſumis teſtibus* O.

34. DAE. Quíd) In P. lacuna eſt inter *De.* et *quid.*

Digitized by Google

DAE. Méa popularis óbsecro haec est? TR. nón tu Cyrenénsis es?
DAE. Ímmo Athenis nátus altusque éducatusque Átticis.
TR. Óbsecro, defénde ciues tuás, senéx. DAE. o mea fília,
Quúm ego hanc video, meárum me absens míseriarum cómmones!
Tríma quae periísti mihi! iam tánta est, si viuít, scio.
LA. Árgentum ego pro istísce ambabus, cúiae erant, dominó dedi.
Quíd mea refert, haéc Athenis nátaě an Thebís sient,
Dúm mihi recte séruitutem séruiant? TR. itane ímpudens?
Túne hic felles vírginalis líberos paréntibus
Súblectos habébis, atque indígno quaestu cónteres?
Námque huic alteraé quae patria sít, profecto néscio:
Níst scio probiórem hanc esse, quám te impuratíssume.
LA. Túae istae sunt? TR. conténde tergo, vtér sit ergo vérior.
Ní tu offerumentás habebis plúres in tergó tuo,

35. Cyrenenſis) *Cir.* O. La. 1577.
36. Immo) *imo* L. O. S. Bo. Atticis) *atthicis* V. L.
37. o mea filia) *o fi. m.* omnes. Et C. La. *Mea* ad verſum ſeq. traduxerunt.
38. me) om. V. L. P. O. S.
39. periiſti) *periit* omnes. eſt) *eſſet* omnes, etiam Pall., praeter La.
40. ego) om. omnes.
41. haec Athenis) *hae ath.* V. L. P. S. Gron. *Ath. hae* O. C. La. Thebis) *thebae* P. O.
42. TR.) *Daem.* V. L. P. O. S.
43. felles) *fallis* V. L. P. O. S. *falſis* C. *feles* La. virginalis) *leis* O.
44. Sublectos) *ſubiectos* Pal. pr. V. L. P. O. C. La. *ſubreptos* S.
45. Namque) *nam* omnes. quae patria) *p. q.* omnes.
46. impuratiſſume) *simae* V. *sime* P. C. La.
47. LA.) om. V. L. P. S. Tuae) *Tuaen'* C. La. TR.) om. S. *Lab.* V. L. P. *Daem.* O. tergo) *ergo* omnes. uter ſit) *interſit* P. O. S. ergo) *tergo* P. O. S. C. La. verior) *veri* Pall. *utri* V. L. P. O. S.
48. Ni) *Daem. Ni* V. L. P. S. tu) om. omnes. offerumentas) *offerrum.* P. O. *ferramentas* V. L. plures) *ris* V. L. P. C. *reis* O. La.

Digitized by Google

Quam vlla nauis lónga clauos, tum égo ero mendacíſſumus.
Póſtea adſpicitó meum, quando égo tuum inſpectáuero,
Níſi erit tam ſincérum, vt quiuis díçat ampullárius,
Óptimum eſſe operí faciundo córium et ſinceríſſimum
Quíd cauſſae eſt, quin vírgis te vsque ad ſáturitatem ſaúciem?
Quíd illas ſpectas? quás ſi attigeris, óculos eripiám tibi.
LA. Átquin, quia vetás, vtramque iám mecum abducám ſimul.
DAE. Quíd facies? LA. Volcánum adducam: is Véneriſt aduorſárius.
TR. Quó illic abit? LA. heus, écquis hic eſt? heús!
DAE. ſi attigeris óſtium,
Iám tibi hercle méſſis in ore fíet mergis púgneis.
LO. Núllum habemus ígnem: ficis víctitamus áridis.
DAE. Égo dabo ignem, ſíquidem in capite tuó conflandi cópiaſt.
LA. Íbo hercle aliquo quaéritatum igném. DAE. quid tum, quum inuéneris?
LA. Ígnem magnum hic fáciam. DAE. quíne tú manum exurás tibi?

49. mendaciſſumus) *simus* V. L. P. C. La.
50. adſpicito) *aſp.* omnes.
51. Niſi) *ni* V. L. P. O. ſincerum) *ſync.* C. ita etiam in verſu ſeq.
52. Optimum) - *umum* O. Bo. operi) - *re* V. L. P. S. C. Gr. ſinceriſſimum) - *sumum* O. Bo.
53. ſauciem) *ſautiem* P.
54. Quid) *quidem* V. L. eripiam tibi) *t. e.* O.
55. LA.) om. L. Atquin) *At* V. L. *At quin* P. O. *Atqui* C. La. vetas) *vocas* P.
56. LA.) om. L. adducam) *abd.* V. L. La. 1577. Venerist) *Veneris eſt* V. L. P. S. C. La. *Veneris* O. advorſarius) *adverſ.* V. L. P. C. La. *adverſariust* O.
57. TR.) *Daem.* omnes. abit) *is* omnes. oſtium) *hoſt.* V. L. P.
58. tibi hercle) *h. t.* omnes. mergis) *merſis* S. pugneis) *pugnis* Pall. V. L. P. S. *pugnis probe* O.
59. LO.) om. V. L. In P. eſt *Ln.* praeſcriptum. habemus) *habent* S.
60. DAE.) om. V. L. in capite tuo conflandi) *conſl. in ca. t.* O. copiaſt) *copia eſt* V. L. Bo.
61. quaeritatum ignem) *i. q.* O. DAE.) om. L. tum) om. V. L. P. O. S. Gr.
62. quine) *quin* omnes. tu manum) *ut humanum* Pall. codd. La. V. L. La. *ut manum* P. O. S. *ut tu manum* C. exuras) *exurias* V. L.

Digitized by Google

LA. Immo hasce ambas hic in ara vt viuas comburam. DAE. id volo.
Nam hercle ego te continuo arripiam barba, et in ignem coniciam,
Téque ambustulátum obiiciam mágnis auibus pábulum.
Quúm coniecturam égomet mecum fácio, haec illa est símia,
Quae hás hirundinés ex nido vólt eripere ingrátiis,
Quód ego in somnis sómniaui. TR. scín', quid tecum oró, senex?
Vt illas serues, vím defendas, dúm ego herum adducó meum.
DAE. Quaére herum, atque addúce. TR. at hic ne — DAE. máxumo maló suo,
Si áttigerit, siue óccoeptassit. TR. cúra. DAE. curatum ést: abi.
TR. Húnc quoque asserua ípsum, nequo abítat, nam promísimus
Cárnufici aut taléntum magnum, aut ístunc hodie sístere.

63. Immo) *Imo* L. O. S. ut) om. O.

64. ego) om. V. L. P. O. S. continuo arripiam barba) *b. c. a.* omnes. in) om. P. S. coniciam) *coniic.* omnes.

65. ambustulatum) *ambustil.* V. L.

67. volt) *vult* V. L. eripere) *deripere* La. ingratiis) *ingratus* V. L. P.

68. Quod) *quid* P. somnis) *somniis* P. O. S. C. scin', quid tecum oro, senex?) *scin quid? t. o. senex,* omnes.

69. serues) *servas* V. L. P. vim) *vi* V. L. adduco) *abd.* V. L.

70. adduce) *abd.* V. L. TR. at- TR. cura) om. V. L. ne-) *ne.* P. O. La. *ne?* C. maxumo) – *imo* P. C. La.

71. sive occoeptassit) *neve occentarit* codices Lambini.

72. asserva) *asservato* O. nequo) *ne quo* omnes. abitat) *habitat* Pal. pr. *abeat* V. L. O. *abiat* P. *abitet* La. promisimus) *perm.* V. L.

73. Carnufici) *carnifici* V. L S. La. 1577. istunc) *hunc* Pall. V. L. P. S. C. La.

Digitized by Google

ACTVS TERTIVS. SCENA QVINTA

DAEMONES. LABRAX LORARII. PALAESTRA ET AMPELISCA

Vtrúm tu leno cúm malo lubéntius
Quiéſcis, an ſic ſine malo, ſi cópia eſt?
LA. Ego, quaé tu loquere, flócci non fació, ſenex.
Meas quídém, ted inuito ét Venere et ſummó Ioue,
De ará capillo iám deripiam. DAE. tánge dum.
LA. Tangam hércle verò. DAE. ágedum ergo, accede húc modo.
LA. Iube dúm recedere íſtos ambo illúc modo.
DAE. Immo ád te accedent. LA. nón hercle egomet cénſeo.
DAE. Quid agés, ſi accedent própius? LA. ego recéſſero.
Verúm, ſenex, ſi te vnquam in vrbe offéndero,
Nunquam hércle quisquam mé lenonem díxerit,
Si nón te ludos péſſumos dimíſſero.
DAE. Facito íſtuc quod minitáris. ſed nunc ínterim
Si illás attigeris, dábitur tibi magnúm malum.
LA. Quam mágnum vero? DAE. quántum lenoní ſat eſt.
LA. Minás ego íſtas flócci non fació tuas.
Equidém te inuito iam ámbas rapiam. DAE. tánge dum.

DAE.) *Demones ſenex* P. et *ſenex* addunt etiam C. La. LA.) *Lab. leno* V. P. C. La. LOR.) om. P. C. La. In V. poſtremum locum tenent. PAL. ET AM.) om. O. *ET* om. V. P. C. La.

1. lubentius) *lib.* P. S. C. La.
2. ſi) om. V. L.
3. non) *nunc* V. L.
4. ted) *te* omnes. (*ted* in Mediol. 1500. eſſe dicitur.)
6. accede) *accedas* O.
8. Immo) *imo* L. S. O. C.
9. DAE.) om. L. accedent propius) *p. a.* V. L. P. O. S. *accedunt p.* La. 1577.
10. ſenex, si) *si ſe.* V. L. P. O. S. te unquam) *u. t.* O.
12. peſſumos) - *simos* V. L. P. C. La.
13. minitaris) - *res* V. L.
16. Minas) *minacias* omnes. non) *nunc* V. L.
17. te) *eas te* V. L. P. O. S. iam) om. O. *iam iam* La. ambas) *amabas* S.

Digitized by Google

LA. Tangam hércle vero. DAE. tánge, ſed ſcin', quómodo?
I dúm Turbalio cúrriculo, affer húc domo
Duas cláuas. LA. clauas? DAE. ſéd probas. properá cito.
Ego te hódie faxo récte acceptum, vt dignus es.
LA. Eheú, ſceleſtus gáleam in naui pérdidi.
Nunc mi ópportuna hic éſſet, ſalua ſí foret.
Licèt ſáltem iſtas mihi áppellare? DAE. nón licet.
Ehém óptume edepol éccum clauatór áduenit!
LA. Illúd quidem edepol tínnimentum eſt aúribus.
DAE. Age, áccipe illanc álteram clauám Sparax.
Age, álter iſtinc, álter hinc aſſíſtite.
Aſſíſtite ambo. ſíc! audite núnc iam:
Si hercle íllic illas hódie digito tétigerit
Inuítas, ni iſtunc íſtis inuitáſſitis
Vsque ádeo, donec, quá domum abeat, néſciat,
Perſíſtis ambo. ſi áppellabit quémpiam,
Vos réſpondetote íſtinc iſtarúm vicem.
Sin ípſus hinc abíre volet, quantúm poteſt,
Extémplo amplectitóte crura fúſtibus.
LA. Etiám me abire hinc nón ſinent? DAE. dixí ſatis.
Et ílle ſeruus cúm hero vbi huc aduénerit,

18. tange, sed) *tange ſat* V. L. P. S. *tanges? at* O.
19. curriculo) *atque curr.* C. La. huc domo) om. V. L. P. O. S. Gron. *huc*, omiſſo *domo*, C. La.
20. ſed) om. C. La. (Exstat etiam in Pall.)
22. Eheu) *Ehu* V. L. *heu* P. S. *heu heu* O.
23. mi) *mihi* omnes.
25. Ehem) *hem* V. L. P. O. S. optume) - *ime* V. L. P. C. La. clavator) - *torem* V. L.
26. LA.) om. V. L.
27. DAE.) om. V. L. illanc) *illi* V. L. *illam* P. *illinc* O.
28. aſſiſtite) *adſ.* P. ut v. ſeq. *aſſiſte* La.
31. ni iſtunc) *niſi. sic tunc* L. V. in quo ad *niſi* in m. a m. ſ. notatum eſt *al. reus. niſi tunc* P. O. *niſi hunc* S. iſtis) om. V. L. P. S. *illum vos* O. invitaſſitis) *invitas sitis* V. L. *exoculaſſitis* P. O. S.
33. quempiam) *quampiam* O. S. La.
34. vicem) *vice* O.
35. Sin ipſus hinc abire) *ſin ipſe ab. h.* Pal. ſec. V. L. P. S. *ſinedpse abire h.* Pal. pr. *Si vero hic ipſe ab. h.* C. La. poteſt) *pote'st* La.
37. sinent) *desinet* V. L. *deſinent* P.
38. ille) *ubi ille* V. L. P. O. S. *ille ubi* C. La. ſervus) *ſervos* O. S. hero) *h. ſuo* O. ubi) om. h. l. omnes.

Digitized by Google

Qui herúm árceſſiuit, ſtote extempló domum.
Curáte haec ſultis mágna diligéntia.
LA. Heu hércle, naé iſtic fáná mutantúr cito!
Hoc Hérculiſt iam, Véneris fanum quód fuit.
Ita dúo deſtituit ſígna hic cum clauís ſenex.
Non hércle, quo hinc nunc géntium aufúgiám, ſcio:
Ita núnc mihi vtrumque ſaéuit, et terra ét mare.
Palaéſtra! LO. quid vis? LA. ápagé, controuérſia eſt.
Haec quíděm Palaeſtra quaé reſpondit, nón mea eſt.
Heus, Ámpeliſca! LO. cáue ſis infortúnio.
LA. Vt pótěſt, ignaui hóminés ſatis recté monent.
Sed vóbis dico, heus, vóbis num moléſtia eſt,
Me adíre ad illas própius? LO. nil nobís quidem.
LA. Numquíd moleſtum míhi erit? LO. nil, ſi cáueris.
LA. Quid éſt quod caueam? LO. hěm á craſſo infortúnio.
LA. Quaeſo hércle, adire vt líceat. LO. adeas, ſí velis.
LA. Bene hércle factúm: hábeo vobis grátiam.
Accédam propius. LO. illic adſta tu illico.
LA. Edepól prouení néquiter multís modis.
Certúmſt hasce hodie vsque óbſidione víncere.

39. arceſſivit) *accerſivit* V. L. P. O. S. C.

40. sultis) *stultis* Pall, *ſalutis* O.

41. Heu) *eheu* L. C. La. *Ehu* V. (a m. f. *eheu*) hercle) *heu* S. nae) *ne* V. P. O. C. La. 1577. mutantur) *mittantur* P.

42. Hoc Herculiſt iam) *iam hoc Herculi eſt* Pall. V. (ante corr. in hoc erat *nam* pro *iam.*) L. I. *h. Herculis eſt* P. S. C. La. *Hoc Herc. eſt iam* O. *Iam hoc Herculiſt, modo* Acidal. e codd. Veneris fanum) *phanum, Ven.* O.

43. ſigna hic) *h. ſ.* V. cum) in m. V. a m. f: *l. cura.*

45. nunc mihi) *m. n.* V. L. P. S. *nunc* om. O.

47. quidem) *equidem* omnes, etiam Pall.

49. LA.) ante *ignavi* V. L. P. O. S. La. et in S. ſignum interr. eſt poſt *ignavi.* poteſt) *pote'st* La.

50. vobis num) *vos num* Pall. V. L. P. S. *vos num nam* O.

51. nil) *nihil* omnes. item v. ſq.

53. hem) *hehem* O. craſſo) *craeſo* Pal. pr, *Craeſo* Pal. ſec.

54. adire) *abire* V. L. O. S. C. La. item Palatinorum alteruter. adeas) *abeas* omnes.

55. hercle) *ergo hercle* V. L. P. O. S.

56. Accedam propius. LO.) *non accedam. potius* V. L. P. *non? accedam propius.* O. *non. accedam potius.* S. *Lo. Non, accedam potius,* C. *Non accedam potius. Lo.* La. adſta tu) *aſtate* Pall. P. S. *aſtare* V. L. O. *tu aſta* C. La. illico) *illico* Pall. P.

57. LA.) om. V. L. P. O. S.

Digitized by Google

ACTVS TERTIVS. SCENA SEXTA

PLEVSIDIPPVS. TRACHALIO LABRAX. CHARMIDES. LORARII. PALAESTRA ET AMPELISCA

Meamne ille amicam léno vi, violéntia,
De ará deripere Véneris voluit? TR. ádmodum.
PL. Quin óccidisti extémplo? TR. gladius nón erat.
PL. Caperés aut fustem, aut lápidem. TR. quid ego, quási canem,
Hominem infectarer lápidibus? PL. nequíssumum?
LA. Nunc pól ego perii! Pleúsidippus éccum adest:
Conuérret iam hic me tótum cum pulvísculo.
PL. Etiámne in ara túnc sedebant múlieres,
Quum ad mé profectu's íre? TR. ibidem núnc sedent.
PL. Quis illás nunc illic séruat? TR. nescio quís senex,
Vicínus Veneris. is dedit operam óptumam.
Is núnc cum seruis séruat? ego mandáueram.
PL. Duc me ád lenonem récta. vbi illic ést homo?
LA. Saluć. PL. nihil salútem moror. opta ócius,

PLEUS.) *Pl. ado.* P. *Pl. adolescens* C. La. TR.) *Trachilio seruus* P. et *servus* addunt etiam C, La. Sequentium ordo alius est in V. P. C. La. hic: *Mulieres duae.* Leno (*Labrax* V.). *Lorarii. Charmides* (*Parasitus* addit V.), In O.: *Labr. Lor. Char.* (*Pal.* et *Amp.* om. O.)

1. Meamne) *Meramne* V. cum puncto sub *r. est* addit O. violentia) *violenta* V. L. P. S. *ac violentia* O.

2. Veneris) om. V. a m. pr. TR.) om. L.

3. occidisti) - *stis* P. O. S.

4. quasi) *quas*, V. canem) *non amem* V. L. *canem amens* P. S.

5. Hominem) - *num* V. L. infectarer) V. in m. a m. f. *al. sp.* lapidibus? PL. nequissumam?) *lapidibus nequissimum?* omnes. (nisi quod O - *sumum.*)

7. hic) ita etiam Pall. *hoc* S. C. La.

8. tunc) *nunc* Pall. sedebant) *sced.* V. cum p. sub *c.*

9. profectu's) - *ctus* omnes. ire) *ires* S.

11. Vicinus) V. in m. a m. f. *al. Vitmus* Veneris) om. V. a m. pr. optumam) - *imam* omnes, praeter O.

12. servis) *servus* L.

14. nihil salutem) *f. n.* V. L. P. O. S. moror) *morer suam* O. ocius) *otius* P. *ocyus* O. C. La.

Digitized by Google

Rapí te obtorto cóllo mauis, án trahí.
Vtrúm vis, opta, dúm licet. LA. neutrúm volo.
PL. Abí ſáne ad littus cúrriculo Trachálio,
Iube illós in vrbem ire óbuiam ad portám mihi,
Quos mécum duxi, hunc qui ád carnuficem tráderent.
Poſt húc redito, atque ágitato hic cuſtódiam.
Ego húnc ſceleſtum rápiam iam in ius éxſulem.
Age, ámbula in ius. LA. quíd ego deliquí? PL. rogas?
Quine árrhabonem a me áccepiſti ob múlierem, et
Eam hínc ábduxiſti? LA. nón auexi. PL. cúr negas?
LA. Quia pól prouexi; auéhere non quiuí miſer.
Equidém tibi me díxeram praeſtó fore
Apud Véneris fanum: númquid muto? ſúmne ibi?
PL. In iúre cauſſam dícito: hic verbúm ſat eſt.
Sequere. LA. óbſecro te, ſúbueni, mi Chármides:
Rapíor obtorto cóllo. CH. quis me nóminat?
LA. Vidén me vt rapior? CH. vídeo, atque inſpectó lubens.
LA. Non ſúbuenire mihi aúdes? CH. quis homo té rapit?
LA. Adoléſcens Pleuſidíppus. CH. vt nactú's, habe.
Bono ánimo meliuſt te ín neruom corrépere.

15. Rapi te) *rapite* P. *rapite hunc* O. mauis) *navis* V. L. *maius* P.
17. ſane) *fane* P. littus) *litus* V. L. O.
18. portam) *portum* V. L. P. O. S. C.
19. hunc qui) *q. h.* V. L. P. O. S. carnuficem) *carnif.* V. L. P. S. C. traderent) *traherent* O.
21. rapiam iam in ius) *in ius rapiam* omnes. exſulem) *exulem* omnes, praeter La.
23. Quine) *qui* V. L. P. S. La. *quin* Pall. O. C. arrhabonem) *arrab.* V. L. C. La. *arab.* P. O. et) *eſt* Pall. in O. ad ſeq. verſum relatum eſt.
24. Eam) *iam* Pall. V. L. hinc) *hic* V. L. abduxiſti) *add.* V. L. avexi) *adv.* V. L. negas?) *negas* o. P. Mediol. apud T G. *negas leno* S. Pariſ. apud T G.
26. me) *hodie* Bentl. ad Ter. And. I. 1, 13 hunc verſum et ſq. laudans.
27. numquid muto) *quid multa* V. L. P. O. S. C. La. *quid muto* Pall.
29. mi) *mei* V. L.
30. CH.) *Pleus.* L.
33. Adoleſcens) *adul.* P. C. nactu's) *nactus* V. P C. *nactus es* O. La. habe.) *abi* O. *habe* V. L. S. C. La. (interpunctione poſt *animo* poſita.)
34. Bono animo) *bonum animum* V. L. meliuſt) *melius est* V. L. P. O. S. C. *melius'st* La. nervom) *nervum* V. P. C. La. correpere) *corripere* V. L. P. O. S.

Digitized by Google

Tibi óbtigit, quod plúrimi exoptánt sibi.
LA. Quid id, ést? CH. vt id quod quaérant, inueniánt sibi.
LA. Sequere, óbsecro, me. CH. páriter suades, quális es.
Tu in néruom rapere: eo me óbsecras vt té sequar?
Etiám retentas? LA. périi! PL. verum sít velim.
Tu méa Palaestra et Ámpelisca, ibídem íllico
Manéte, dum huc egó redeo. LO. equidem suádeo,
Vt ád nos abeant pótius, dum recipís. PL. placet.
Bene fácitis. LA. fures mi éstis. LO. quid, furés?
PL. rape.
LA. Ora, óbsecro, Palaéstra. PL. sequere cárnufex.
LA. Hospés. CH. non sum hospes: répudio hospitiúm tuum.
LA. Sicíne me spernis? CH. sic ago: semél bibo.
LA. Di te infelicent. CH. ísti capiti dícito.
Credo álium in aliam béluam hominem vórtier:
Illic ín columbum, crédo leno vórtitur.
Năm ín columbari cóllum haud multo póst erit.
In néruom ille hodie nídamenta cóngeret.
Verúntamen ibo, eii áduocatus vt siem,
Siquí mea opera cítius addici potest.

37. me) om. V. L. P. O. S. CH. pariter suades, qualis es.) *pariter. Ch. suades? q. e.* V. L. - *suades qualis es tu.* P. S. - *suades tu q. e.* O. - *suades? qualis es?* La. (personae, ut in V. L.)
38. Tu) om. P. O. S. nervom) - *um* V. P. S. C. La.
39. PL.) *Car.* V. *Char.* L. P. O. S. sit) *sic* V. L.
40. Tu) *Pl. tu* V. L. P. O. S. illico) *ilico* L. P.
41. huc ego) *e. h.* V. L. P. S. Bo.
43. mi) *mihi* omnes. fures) om. O.
44. ora) *ero* omnes, etiam Pall. PL.) om. V. L. carnufex) *carnifex* V. L. *carnifex* P. C. La.
45. LA.) om. V. L.
46. Sicine) *siccine* V. L. O. S. C. La. bibo) *bibi* S.
47. infelicent) ita etiam Pall. *infelicitent* cod. Sambuci, margo V. a m. f. P. O. La. 1527. *infoelicitent* S.
48. beluam) *bell.* L. P. S. C. La.
50. in columbari) *incol.* uno vocabulo P. multo) *multum* Priscianus Vol. 1. p. 176 Kr.
51. nervom ille) *nervo mille* Pall. Samb. V. L. P. O. S.
52. Verumtamen) *verum tamen* V. eii) *ei* omnes.
53. Siqui) *siquidem* O. *Si qui* S. C. La.

Digitized by Google

ACTVS QVARTVS

SCENA PRIMA

DAEMONES

Benefactum, et volupe est, hódie me his muliércu-
lis
Tetulisse auxilium: iám clientas répperi,
Atque ámbas forma scitula atque aetátula.
Sed uxór sceleſta me ómnibus seruát modis,
Nequí significem quíppiam muliérculis.
Sed Grípus seruos nóster quid rerúm gerat,
Mirór, de nocte qui ábiit piscatum ád mare.
Pol mági' sapisset, sí dormiuissét domi.
Nam núnc et operam lúdos facit et rétia:
Vt témpestas est núnc, atque vt noctú fuit.
In dígitis hodie pércoquam, quod céperit;
Ita flúctuare vídeo vehementér mare.
Sed ád prándium vxor mé vocat: redeó domum.
Iam meás opplebit aúres sua loquéntia.

DAEM.) *D. senex* V. P. O. C. La.

1. Hodie me) *m. h.* V. L. P. S. *mihi h.* O.

2. Tetulisse) *retul.* V. L. - *ire* V. a m. p.

3. scitula) *sortula* Pal. sec. *soitula* P.

5 Nequi) *ne quid* Pall. V. L. P. O. C. La. *ne qui* S.

6. Gripus) *grippus* V. L. P. servos) - *vus* V. L. P. C. La.

7. de nocte) *den.* uno voc. P. O. C.

8. sapisset) *sapuisset* codd. Lambini, P. Mediol. O. S. La. Prisc. Vol. 1. p. 477 Kr. idem altero loco p. 328 in plerisque codd. est; in uno *sapiviſſet*, in duobus *sapisset*. dormiviſſet) *dormisset* Prisc. p. 328 secundum codd. tantum non omnes, et p. 477.

9. Nam) *iam* V. L. P. O. S. ludos) *Et ludos* V. L. facit) *dat* Pall. V. L. *danit* Bo. retia) ita etiam Pall. *retiam* P. S. et Prisc. p. 328, quo loco hos duo versus cum parte sequentis ad probandam hanc declinationem adhibet.

11. In digitis) *indig.* V. percoquam) *perquoquam* V. L. *per coquam* P.

14. meas opplebit) *m. oppilebit* Pall. *oppl. m.* C. La. loquentia) *vaniloquentia* omnes.

Digitized by Google

ACTVS QVARTVS. SCENA SECVNDA

GRIPVS

Neptúno has agó gratiás meo patróno,
Qui sálsis locís incolít pisculéntis,
Quum méd ex suís pulchre ornátum expedíuit
Templís redducém, plurimá praeda onústum,
Salúte horiaé, quae in marí fluctuóso
Piscátu nouó me vberí compotíuit.
Miróque modo átque incrédibili híc
Piscátus míhi lepide éuenit.
Neque píscium vllam vnciam hodié pondó
Cepí, nisi quód fero hĭc ín reté.
Nam vt dé nocte múlta impigréque exsurréxi,
Lucrúm praeposíui sopóri et quiéti:
Tempéstate saéua experíri expetíui,
Paupértatem herí quí et meám seruitútem
Tolerárem, opera haud parcús mea.
Nímis homo nihil ést qui piger est: ními'que id genus odi égo male.

GRIPUS) *Grippus piscator* V. P. C. *Gripus piscator* O. La.

1. Neptuno) - *unno* O. ago) *ego* P. gratias meo patrono) *m. p. g.* omnes.

2. pisculentis) *pistul.* L.

3. med) *me* omnes. suis) *suis locis* Pall. V. L. P. O. pulchre ornatum) - *cre o.* C. La. *o. p.* O.

4. redducem) *redu.* omnes. onustum) *honestum* V. L.

5. Salute) *l. sedate* in m. a m. s. V. horiae) *horreia* V. L. P. S. *horriae* O. quae) *que* (encl.) P. S. om. O.

7. miroque) *que* om. O. incredibili) - *le* V. L. P. S.

9. ullam unciam) „*unciam* scribendum est ex codicibus antiquis.“ Anselmus. *ull. uno iam* V. L. *ull. una iam* P. *libram unam iam* S. hodie pondo) *p. h.* O.

10. quod) *hoc quod* Pall. V. L. P. S. C. La. *huc quod* Ven. 1495. *hoc quod nunc* O. hic) om. omnes, praeter Pal. pr.

11. de nocte) *denocte* P. O. impigreque) *que* om. C. La. (in Pall. exstat.) exsurrexi) *exurr.* omnes, praeter La.

12. praeposivi) - *sui* Pall. V. L. P. O. S.

13. saeva) *seva* P. O. expetivi) *et exp.* V. L.

14. servitutem) *sententiam* Pall. V. L. P. C. *simul* O. *sententia* S. *servientiam* La. ex coniectura Camerarii, qui etiam *servitutem* scribi posse putabat.

15. haud) *h. fui* omnes. mea) *mei* V. L.

16. nihili est) *nihilst* V. L. P. O. qui) *quis* Pall. piger est) *e. p.* Pal. pr.

Digitized by Google

Vígilare decet hóminem, qui volt súa tempore
confícere officia.
Nón enim illum exſpectáre opórtet, dúm herus ſe
ad ſuum óffícium ſuſcitet.
Nám qui dormiúnt libenter, cúm malo et ſine
lúcro quieſcunt.
Nám ego nunc mihi, qui ímpiger fui, réperi, vt,
ſi velím, piger ſim.
Hóc ego, quidquid ineſt, reperi in mari. quídquid
ineſt, graue quíd ineſt: aurum
Híc ego ineſſe reór. nec conſcius éſt mihi vllus
homó. nunc haec tibi
Grípe occaſio óbtigit, vti líberet ex populó praetor te.
Núnc ſic faciam, ſíc conſilium eſt: ád herum ve-
niam dócte atque aſtu:
Paúxillatim póllicitabor pró capite argentum, vt
ſim liber.
Iám vbi liber ero, ígitur tum domum ínſtruam,
agrum, aedés, mancipia:
Náuibu' magnis mércaturam fáciam: ad reges réx
perhibebor.

17. volt) *vult* V. L. C. La. tempore) *temperi* Pall. V. L. P. O. *tempori* S. C. La.

18. exſpectare) *expect.* V. L. P. O. C. officium ſuſcitet) *ſuſ. off.* omnes.

19. libenter) *lub.* O. cum malo et ſine lucro) *ſine l. et cum m.* omnes. quieſcunt) *quieſcent* S.

20. reperi) *repp.* omnes. si velim, piger) *p. ſ. v.* omnes. ſim) *ſiem* V. L. P. S. C. La.

21. quidquid ineſt, reperi in mari) *in mari quicquid hic ineſt repperi* V. L. P. O. S. (*reperi* S.) *in m. q. ineſt reperi* C. La. ineſt) *eſt* O. quid ineſt: aurum) *quidem theſaurum* V. L. O. S. *quidem inſtaurum* Pal. pr. *quid eſt inſtaurum* Pal. ſec. (*quidem theuſaurum* P. *quidem eſt, aurum* C. La.

22. ineſſe) *in eſſe* P. reor) *reos* O. conſcius eſt mihi) *m. c. c.* omnes.

23. Gripe occasio) *o g.* P. *o. G.* O. S. C. La. *o. pigre* V. L. uti) *ut* omnes, etiam Pall. liberet) *-res* Pall. V. L. P. S. ex populo) *extempulo* codices quidam lec. Lambinum. *extemplo* O. praetor) *praeter* Pall. V. L. P. S.

24. ſic conſilium) *ſicut conſ.* V. L. P. O. S. veniam) *ut veniam* Pall. V. L. P. O. S. aſtu) *aſtute* omnes.

25. Pauxillatim) *ego illi paux.* O. pollicitabor) *potic.* L. liber) *liber, ac me emittat manu* O.

26. Iam) om. V. a m. pr. ero) om. V. L. P. O. S. tum) om. omnes. domum) *demum* V. L. Pall.

27. Navibu') - *bus inde* O. ad) *apud* omnes.

Digitized by Google

Póſt animi cauſſá mihi nauem fáciam, atque imitabór Stratonicum,
Oppidaque circúmuectabor. vbi nobilitas méa erit clara,
Oppidum magnúm communibo: éii vrbi ego Gripo índam nomen.
Mónimentum meae fámae et factis: íbique regnum mágnum inſtituam.
Mágnas res hic ágito in mente inſtrúere. vidulum nunc nunc condam.
Séd hic rex cúm acetó pranſuruſt ét ſale, ſine bono pulmento.

ACTVS QVARTVS. SCENA TERTIA

TRACHALIO. GRIPVS

Heús mane! GR. quid maneám? TR. dum hanc tibi, quam tráhi', rudentem cómplico.
GR. Mítte módo. TR. at pol ego ádiuuabo. nám bonis bene quód fit, haud perit.
GR. Turbída tempeſtas héri fuit:
Nihil hábeo, adoléſcens, píſcium:
Ne tú mihi eſſe póſtules.
Non vídes referre me vuidum

29. Oppidaque) *opida* L. et *que* om. omnes.

30. Oppidum) *opidum* L. eii) *ei* V. L. S. *ei* P. O. urbi ego) *ei u.* omnes. Gripo) *grippo* V. L.

31. Monimentum) *Monum.* La. ibique) *ub.* P. S.

32. mente) - *tem* P. O. S. C. La. vidulum nunc hunc condam.) *num h. v. condam?* V. *nunc h. v. c.* rell.

33. pransurust) - *rus est* omnes. et) *atque* O. sine bono pulmento) om. O.

TR.) *Tr. ſervus* V. etc. GR.) *Grippus piſcator* V. P. *Gripus piſc.* reliqui.

1. quam trahi', rudentem) *r. q. trahis* O. (*trahis* omnes, ut solent.)

2. ego) *ego te* omnes. bonis bene quod fit) *bo. q. be. f.* V. L. P. S. C. La. *q. be. f. bo.* O.

4. Nihil) *nil* C. La.

5. Ne) *neu* V.

6. Non) *nam* Pal. pr. C. referre me) *me referre* omnes, praeter S. et Priscianum lib. VI. p. 279. Kr. Idem lib. VII. p. 327. *proferre me.* uvidum) Prisciani (lib. VI.) codices nonnulli *vividum*, editiones duae *humidum*, Putsch. *vidunum.*

Digitized by Google

Retém, ſine ſquamoſó pecu?
TR. Non édepol piſces éxpeto,
Quam tuí ſermonis ſum índigens.
GR. Iam, quísquis es, me odio énicas.
TR. Non ſínam ego abire hinc té. mane.
GR. Caue ſís malo. quid tú, malum, nam mé retractas? TR. aúdi.
GR. Non aúdio. TR. at pol aúdies. GR. quin póſt loquere, quíd vis.
TR. Ehó, modo, modo eſt pretíum operae, quod tíbi ego volo narráre.
GR. Elóquere, quid id eſt. TR. víde, prope hic num quíſpiam conſéquitur.
GR. Écquid eſt quód mea id réferat? TR. ſcílicet. ſed bóni cónſíli
Écquid in té mihi eſt? GR. Quíd negoti éſt, modo díce. TR. dicám, tace.

7. Retem) ita S. et Priſc. lib. VII. At idem lib. VI. *rete* ut h. l. reliqui omnes, etiam Pall, *ſine ſquamoſo pecu*) *ſinemque moſapte* V. (in m. a m. ſ. vulg. ut v. l. eſt.)

8. piſces) *piſcis* V. L. P. O. C.

9. Quam) om. O. tui ſermonis) *ſ. t.* O. sum) om. V. L. P. S.

10. *enicas iam me odio quisquis es* omnes; nec aliter Bentl. ad Ter. Phorm. V. 6, 9. *es* om. Bo.

11. hinc) om. O.

12. Cave ſis) *caveſis* omnes, *cave, sis*, Bo. retractas) *retrahis* omnes.

13. audies. GR. quin poſt) *qui audies poſt. Gr. quin* V. L. P. S. *quin audies poſt. Gr. quin* Pall. O. C. La.

14. TR.) om. V. L. Eho) om. V. a m. pr. *eo* a m. ſ., ut L. et P. S. modo) om. omnes. eſt) *Tr. eſt* V. L. pretium operae) *o. p.* omnes. volo narrare) *n. v.* V. L. P. S. C. La.

15. eſt.) *eſt*? C. La. vide) *viden* S. prope hic num quispiam conſequitur) *nuspiam conſequitur prope nos* V. L. P. O. (niſi quod hic *nos* omittit.) *num quisp. conſ. prope nos* C. La, *uspiam Conſequimur prope nos* S.

16. eſt) *ea* V. *ex* L. id) om. omnes. boni conſili) *bonis conſiliis* V. L. P. O. S. *boni conſilii* C. La.

17. Ecquid) *eo quid* V. P. S *eo quod* L. *eho quid* O. mihi) *nihil* S. negoti) *-ii* omnes. modo) „Particulae MODO ſyllabam ultimam Plautus interdum etiam producit, non ſemper corripit. Vt in hac ipſa fabula V, 2, 2. *Quem ad recuperatores modo damnavit Pleusidippus.* Ita et in *tace, tene, vide*, ſimilibus, ultimam alibi quidem corripit, et id ſaepius, alibi autem producit. Sed ultimam in MODO particula velut ancipitem producere licuit etiam poëtis qui ſub Imperatoribus floruerunt, arguente id exemplo verſus anapaeſtici, qui eſt 273 ex *Octavia* tragoedia Senecae adſcripta: *Quae fama modo venit ad aures.*" R. (in Corrigendis.) dice) *dic* omnes.

Digitized by Google

Sí fidem dás modo, té mihi nón fore infídum.
GR. Dó fidem, fídus eſcó tibi, quísquis es. TR. aúdi.
Furtum égo vidí qui fáciebát:
Norám dominum íd cui fiebát.
Poſt ád furem égomet déuenió,
Feroque eí condítionem hóc pactó:
Ego íſtúc furtúm ſcio cuí factum éſt.
Nunc míhi ſi vís dare dímidiúm
Indícium dómino nón faciám.
Is míhi nil étiam réſpondít.
Quíd índe aéquum eſt dárí mihi? dímidiúm
Volo dícas. GR. ímmo hercle étiam amplíus.
Nam níſi dat, dómino dícundúm
Cenſéo. TR. tuo cónſilió faciám.
Nunc áduortés animúm: namque hóc
Attínet omne ád te. GR. quíd factúmſt?
TR. Vídulum íſtum, cuíus ílle eſt noui ego hóminem iampridém. GR. quid eſt?
TR. Ét quo pacto périit. GR. at ego, quó pacto inuentúſt, ſcio:
Ét qui inuenit, hóminem noui: et dóminus qui nunc éſt, ſcio.

18. das modo) *m. d.* omnes. niſi quod in V. a m. pr. *modo* omiſſum eſt. te mihi) *m. t.* omnes. in V. *mihi* bis ſcriptum, ſed poſterius punctis notatum eſt.

19. fidus esco tibi) *tibi: fidus ero* V. L. *tibi, fidus ero* La. *tibi fidus ero* P. O. S. C. audi) *audin* P. O. S.

20. faciebat) - *bant* L.

21. Noram) *noveram* omnes. cui) *quoi* O. Bo.

22. Poſt) *porro* V. L. P. O.

24. iſtuc) *iſtuc hoc* L. et inter lin. a m. I. *hoc* additum habet etiam V. cui) *quoi* O. Bo. factum eſt) *factumſt* L.

27. nil) *nihil* omnes.

28. Quid) *quid?* La. aequum) *aequom* O. mihi? dimidium) *mihi dimidium?* omnes.

29. dicas) *ut dicas* omnes. immo) *i modo* P. *imo* C. hercle) om. O. etiam) om. P. S. C. La.

30. niſi) *si non* V. L. P. O. S. dicundum) *dicendum* V. L.

32. advortes) - *te* omnes. namque) *nam* V. L.

33. Attinet omne) *o. a.* V. L. P. O. S. quid factumst) *quid factum eſt* V. L. *quidst* O. *quid eſt factum* C. La. *quid factunst* S.

34. cuius) *quoius* O. ille) om. V. L. P. O. S. La.

35. periit) *perit* V. L. inventust) *inventumſt* Pall. V. L. P. C. La. *inventunst* S.

Digitized by Google

Níhilo pol plurís tua hoc, quam quánti illud refért mea.
Égo illum noui, cúius nunc eſt: tú illum, cuius antehác fuit.
Húnc homo feret a mé nemo: ne tú te ſperes ócius.
TR. Nón ferat, ſi dóminus veniat? GR. dóminus huic, ne frúſtra ſis,
Níſi ego, nemo nátuſt, hunc qui cépi in venatú meo.
TR. Ítane vero? GR. ecquem éſſe dices ín mari piſcém meum?
Quós quum capio, ſíquidem cepi, meí ſunt: habeo pró meis.
Néc manu afferúntur, neque illinc pártem quisquam póſtulat.
Ín foro palam ómnes vendo pro meis venálibus.
Máre quidem commúne certumſt ómnibus eſſe. TR. aſſéntio:
Quí minus hunc commúnem quaeſo míhi ĕſſe oportet vídulum?
Ín mari inuentúſt: communiſt. GR. nae ímpudenter ímpudens!
Nám ſi iſtuc ius ſít, quod memoras, píſcatores périerint.
Quíppe quum extemplo ín macellum píſces prolatí ſient,

37. Nihílo) *nihil* V. L. GR. *Nihilo* La. pol) *al. poſt* V. in m. a m. ſ. quanti) om. La.
38. illum noui) *n. i.* O. cuius-cuius) *quoius - quoius* O. antehac) *ante hac* P.
39. Hunc) *Nunc* O. tu te) *tute* S. C. Gr. *tu* La. 1577. ocius) *potius* omnes.
40. TR. Non ferat, si) *non ferat. Tr. Si* V. L. huic) *huic nemo* omnes. fruſtra ſis) *fruſtraſſis* V. L. P. S. *fruſtra es* O. *fruſtra ſies* C. La.
41. ego) poſt hoc *metuo* erat in V. sed deletum eſt.
43. quum) om. O.
44. afferuntur) *adſ.* P. Bo.
45. vendo) *vende* P.
46. certumst) - *tost* omnes. eſſe) om. V. L. P. S. C. La. aſſentio) *adſ.* P. Bo.
48. inventuſt) - *tumst* V. P. S. C. communist) *commune est* omnes. nae) *nae tu* La.
49. ius) *vis* L. om. O. perierint) - *runt* P. S.
50. quum) codices Prisciani p. 827 vel *quam* vel *quod*. sient) *si essent* Prisc.

Digitized by Google

Némo emat: ſuam quísque partem píſcium poſcát ſibi:
Dícat in marí communi cáptos. TR. quid ais ímpudens,
Aúſus etiam cómparare vídulum cum píſcibus?
Éadem tandem rés videtur? GR. ín manu non éſt mea:
Vbi demiſi rétem atque hamum, quídquid haeſit, éxtraho.
Meúm quod rete atque hámi nacti ſúnt, meum potíſſumumſt.
TR. Ímmo hercle haud eſt, ſíquidem quod vas éxcepiſti. GR. phíloſophe!
TR. Séd tu en vnquam píſcatorem vídiſti, venéfice,
Vídulum piſcém cepiſſe? aut prótuliſſe vllum ín forum?
Nón enim tu hic quidem óccupabis ómnis quaeſtus quós voles.
Ét vietorem et píſcatorem te éſſe, impure, póſtulas.
Vél te mihi monſtráre oportet, píſcis qui ſit vídulus:
Vél, quod in marí non natum eſt, néque habet ſquamas, né feras.
GR. Quíd, tu nunquam audíſti eſſe antehac vídulum piſcém? TR. ſcelus,
Núllus eſt. GR. immo éſt profecto: ego, quí ſum piſcatór, ſcio.

51. poſcat) *poſcant* Priſc.
52. Dicat) *dicant* Priſc. mari) ita etiam Pall. *mare* Priſc. S. La.
54. non eſt) *e. n.* V. L.
55. Vbi demiſi) Ita octo codices Priſc. p. 328. Putſchius: *ut dimiſi.* haeſit) *exit* V. L. *haec ſit* unus cod. Priſc.
56. Meum) om. O. hami) *h. meum* V. L. *h. mei* P. O. S. nacti) *natti* V. potiſſumumſt) *potiſſim.* omnes.
57. Immo) *imo* L. O. S. C. vas) *manibus* S. excepiſti) *caepiſti* O. GR.) om. V. L. philosophe) *phae* P.
58. TR.) om. V. L. tu en unquam) ita Pall. *tu nunquam* V. L. P. O. S. *tun' unquam* C. *tun' inquam* La.
59. protuliſſe ullum) *pro Tuliſſe illum* P. *p. illum* S.
61. Et) om. O. vietorem) *vitorem* Pall. V. P. *victorem* L. V. pro v. l. inter lin. a m. I. *venatorem* O. S. impure) *impurè* C. La.
64. Quid) *qui* V. L. P. O. S. audiſti) *audiviſti* omnes.
65. immo) *imo* L. O. S.

Digitized by Google

Vérum raro cápitur: nullus mínu' ſaepe ad terrám venit.
TR. Níl agis: dare vérba ſperas míhi te poſſe, fúrcifer.
Quó colore eſt? GR. hóc colore cápiuntur pauxíllúli.
Súnt alii puníceo corio, mágni item atque atrí.
TR. ſcio.
Tu hércle te, opinor, in vídulum piſcém conuortes, níſi caues:
Fíet tibi puníceum corium, póſtea atrum dénuo.
GR. Quód ſcelus hodie hóc inueni! TR. vérba facimus: ít dies.
Víde ſis, quoius árbitratu nós vis facere? GR. víduli
Árbitratu. TR. ita? GR. íta. TR. enímuero ſtúltus es.
GR. ſaluć Thales!
TR. Tu íſtunc hodie nón feres, niſi dás ſequeſtrum aut árbitrum,
Quóius haec res árbitratu fíat. GR. quaeſo ſánus es?
TR. Élleboroſus ſum. GR. égo cerritus: húnc non amittám tamen.
TR. Vérbum adde etiam vnúm, iam in cerebro cólaphos abſtrudám tuo.
Égo iam hic te, itídem quáſi peniculus nóuos exurgerí ſolet,

66. Verum) *vero* V. L. P. S. C. La. rare) *raro* S.
67. verba) *verbam* P. furcifer.) *furcifer?* La. Bo.
69. corio) *colore* V. L. P. O. atque) om. O.
70. te) poſt *vidulum* habent V. L. P. S. C. La. poſt *opinor* Q. convortes) *convertes* omnes, exceptó fort. S.
72. hoc) om. La. 1595.
73. Vide ſis) *videſis* (uno voc.) V. P. O. C. La. quoius) *cuius* V. L. P. C. La. nos) *rem nos* O. vis facere) *f. v.* omnes, etiam Pall.
74. TR. ita? GR. ita. TR. enimvero) *Tr. ita enimvero?* omnes.
75. iſtunc) *is nūc* V. (addita c a m. f.). L. *iſthunc* P. C. arbitrum) *arbitratum* V. L.
76. Quoius) *cuius* V. L. P. C. La.
77. Elleboroſus) hellebor. V. L. *eleb.* P. ego) *at ego* omnes. cerritus) *ceritus* P. O. S. C. amittam) *mittam*) O.
79. hunc verſum omnes Gripo attribuunt. hic te) *te h.* V. L. P. O. peniculus) *penicillus* omnes. alterum V. in m. a m. f. pro v. l. habet. novos) *novus* S. exurgeri) *exurgere* Pall. V. L. P. *exugere* O. S. (praeposito prior *ſolet*) *exſugeri* La.

Digitized by Google

Ni húnc amittis, éxurgebo quídquid humoris tibiſt.
GR. Tánge: affligam ad térram te itidem, vt píſcem ſoleo pólypum.
Vís pugnare? TR. quíd opuſt? quin tu pótius praedam díuide.
GR. Híne tu, niſi malúm, fruniſci níl potes, ne póſtules.
Ábeo ego hinc. TR. at ego hínc offlectam náuem, ne quo abeás: mane.
GR. Sí tu proreta iſti naui es, égo gubernatór ei ero.
Mítte rudentém ſceleſte. TR. míttam: omitte vídulum.
GR. Núnquam hercle hinc hodié ramenta fíes fortunátior.
TR. Nón probare pérnegando míhi potes, niſi párs datur,
Aút ad arbitrúm reditur, aút ſequeſtro pónitur.
GR. Quémne ego excepi ín mari? TR. aſt ego ínſpectaui e líttore.
GR. Méa opera, labóre, et rete, et hória. TR. numquí minus,
Sí veniat nunc dóminus quóius eſt, égo qui inſpectauí procul

80. hunc v. V. L. Trachalioni aſſignant. exurgebo) ita Pall. P. *exugebo* V. L. O. S. C. *exſugebo* La. tibiſt) *tibi ſit* V. L.

81. GR.) om. P. O. S. C. La. ad terram te) *te ad t.* V. L. P. O. S. polypum) *polipum* V. L. La.

82. Vis pugnare?) Haec quoque P. O. et S. Trachalioni dant. opuſt) *opus eſt* V. L.

83. fruniſci) ita Pall. codd. Lambini, et V. L. O. *fruuiſti* P. *fruisci* S. C. La. nil) *nihil* omnes. ne poſtules) *niſi poſtulas* V. L. P. O. S. et in his tribus Trachalionis nomen praepoſitum eſt.

84. TR.) *Gr.* P. O. S. ne) *Tr. ne* P. O. S.

85. GR.) om. V. L. P. O. S. ei) om. omnes.

86. Mitte) *Gr. m.* V. L. P. O.

87. hinc) *hic* V. L.

89. arbitrum) *arbitrium* V. L. reditur aut) *reditura in* V. L *reditura aut* P. S.

90. aſt) *at* omnes. inſpectavi) *quem inſp* O. littore) *litore* L P. O. S. C. La.

91. labore) om. Priſc. l. VII. p. 327. horia.) *horia?* La. Bo. *horrea* Priſc. l. c. numqui) *num qui* V. L. P. S. C. La. *num quid* O.

92. quoius) *cuius* V. L. P. C. La.

Digitized by Google

Te húnc habere, fúr ſum quam tu? GR. níhilo.
TR. mane maſtígia.
Quo árgumento ſócius non ſum, et fúr ſum? fac
dum ex té ſciam.
GR. Néſcio. neque ego íſtas voſtras léges vrbanás
ſcio,
Níſi quia hunc meum éſſe dico. TR. et égo itidem
eſſe aió meum.
GR. Máne iam: reperi rém, quo pacto néc fur,
nec ſociús ſies.
TR. Quó pacto? GR. ſine me hínc abire: tú abi
tacitus tuám viam.
Néc tu me quoiquam índicaſſis, néque ego tibi
quidquám dabo.
Tú taceto: ego múſſitabo. hoc óptumum atque
aequiſſumum eſt.
TR. Écquid conditionis aúdes férre? GR. iam du-
dúm fero:
Vt abeas, rudéntem amittas, míhi moleſtus né ſies.
TR. Máne, dum refero cónditionem. GR. te óbfe-
cro hĕrcle, aufer té modo.
TR. Écquem in his locís nouiſti? GR. opórtet vi-
cinós meos.
TR. Vbi tu hic habitas? GR. pórro illic longe vs-
que in campis vltimis.
TR. Vín', qui in hac villa hábitat, eius árbitratu
fíeri?

93. fur ſum) *furtum* P. S. tu?) *tu.* C. La. GR. - TR.) om V. L. P. O. S. mane) *minus* S.

94. ſum?) *ſum*, V. L. P. O. C.

95. voſtras) *veſtras* V. L. P. C. La. et Bentl. ad Ter. And. IV. 1, 39.

96. itidem) *item* omnes.

97. Mane iam:) *mane: iam* P. O. Bo. reperi rem) *repperi rem* V. L. O. *reperirem* P. C.

98. hinc) om. V. a m. pr.

99. quoiquam) *cuiquam* V. L. P. C. La.

100. muſſitabo) *muſitabo* V L. P. O. C. optumum) *optimum* V. P. C. La. aequiſſumum) *aequiſſimum* V. L. P. C. La.

101. Ecquid) *eho quid* V. L. O. *eo quid* P. S.

103. Mane, dum) *Mane dum*, La. hercle) om. O. te) om. V. L. P. O. S. Bo.

104. GR.) om. L. meos) *eos* S.

106. fieri) ita etiam Pall. *fiat hoc* O. *tu fieri* C. *rem fieri* La.

Digitized by Google

GR. Paúllíſper remítte reſtem, dúm concedo et cón-
ſulo.
TR. Fíat. GR. euge, ſálua res eſt: praéda haec per-
petua éſt mea.
Ád meum herum arbitrúm vocat me hic íntra
praeſepís meas.
Núnquam hercle hodie abiúdicabit áb ſuo trió-
bulum.
Nae íſte haud ſcit, quam cónditionem tétulit: ibo
ad árbitrum.
TR. Quíd igitur? GR. quanquam íſtuc eſſe iús meum certó ſcio,
Fíat iſtuc pótius quam nunc púgnem tecum. TR.
núnc places.
GR. Quánquam ad ignotum árbitrum me appéllis,
ſi adhibebít fidem,
Étſi ignotuſt, nótuſt: ſi non, nótus ignotíſſumuſt.

ACTVS QVARTVS. SCENA QVARTA

DAEMONES. PALAESTRA ET AMPELISCA GRIPVS. TRACHALIO

Sério edepol, quánquam vobis vólo quae vultis múlieres,

107. GR.) om. L. Paullisper) *paulisper* omnes. reſtem) *rudentem* V. L.

109. praeſepis meas) *praeſepiis meis* V. L. *praeſepis meis* P. *praeſepias meas* Nonius 3, 160.

110. abiudicabit) *adiud.* V. L. triobulum) ita L. reliqui *triobolum.*

111. tetulit) *retulerit* V. L. La. 1595. *tetulerit* P. S. C. La. 1577. *tulerit* O.

112. TR.) om. L. ius) *uis* V. et a m. ſ. *l. ius.* certo) *certe* V. L. P. O.

113. Fiat) *fiat*: V.

115. Etſi) *et si* omnes. ignotust) *eſt ignotus* omnes. notust) *notus* V. L. P. O. S. Gron. *notus eſt* C. La. non, notus) *non notus*: P. *non*, (om. *notus*) O. *non notus*, La. 1577. *non, notus*, La. 1595. ignotiſſumuſt) *ignotiſſimus eſt* V. L. P. S. C. La. *ingnotiſſumus eſt* O.

DAEM.) Primus in V. eſt *Grippus*, ſecundus *Tracalio*, tum reliqui. *Demones ſenex* P. et *ſenex* addunt etiam C. La. PAL.) *Mulieres* Pa. P. O. C. La. ET) om. omnes. AMP.) *Amph. mulieres* V. GR. TR.) *Tr. Grippus* P. La. 1577. *Tr. Gripus* O. C. La. 1595.

1. Serio) *Grippus. Cupio* V. et *cupio* pro *ſerio* habent etiam L. P. O. S. volo) om. V. L. P. O. S. nec non Pall. *cupio* C. La. vultis) *voltis* P. O. S. C. La.

Digitized by Google

Métuo, propter vós ne vxor mea méd extrudat aédibus:
Quaé me pellicés adduxe dícet ante oculós ſuos.
Vós confugite in áram potius, quám ego. MV. miſerae périimus.
DAE. Égo vos ſaluas ſíſtam: ne timéte. ſed quid vós foras
Próſequimini? quóniam ego aſſum, fáciet nemo iniúriam.
Íte inquam, domum ámbo nunc ïam éx praeſidio praéſides.
GR. Ó here ſalue. DAE. ſálue Gripe. quíd fit? TR. tnusne hic ſéruos eſt?
GR. Haúd pudet. TR. nihil ágo tecum. GR. ergo abi hinc. TR. quaéſo reſpondé ſenex.
Túus hic ſeruoſt? DAE. méus eſt. TR. hem iſtuc óptume, quandó tuuſt.
Íterum te ſalúto. DAE. et ego te. túne es, qui haud multó prius
Ábiiſti hinc herum árceſſitum? TR. ego ís ſum. DAE. quid nunc vís tibi?
TR. Némpe hic tuus eſt? DAE. méus eſt. TR. iſtuc óptume, quandó tuuſt.

2. med) *me* omnes. aedibus) ita etiam Pall. *pedibus* C. La.

3. pellices) *pelices* V. L. P. adduxe) *adduxiſſe* Pall. V. L. P. O. S. dicet) *dicent* S.

4. miſerae periimus) *m. perimus* V. L. S. *miſere perimus* P. *perimus miſerae* O.

6. quoniam) *qn̄* V. (quo compendio *quando* ſolet ſcribi.)

7. ambo) *amabo* P. O. S. nunc iam) *nunc: iam* V. praeſides) *praesidis* O.

8. GR.) om. V. L. here) *prae* V. L. P. *praeſes* O. S. DAE.) om. V. L. Gripe) *grippe* V. L. P. et V. P. in ſeqq. conſtanter ita, L. plerumque. ſervos) *ſervus* V. L. P. C. La.

9. 10. GR. Haud - ſervoſt?) om. V. a m. pr. Sed a m. ſ. in ima pagina adſcripta ſunt.

9. GR.) *Dem.* L. P. pudet.) *pudet?* O. La. GR.) *Dem.* L. P. hinc) *h. ſis* V. L. P. S. C. La. *hic ſis* O.

10. ſervoſt) *ſervus eſt* V. L. P. S. C. La. *ſervos eſt* O. optume) *optime* V. L. P. S. C. La. tuuſt) *tuus eſt* omnes.

11. te ſaluto) *ſ. te* V. L. P. O S.

12. Abiiſti) *abiſti* omnes. arceſſitum) *accerſitum* V. L. P. O. S. C.

13. optume) ut v. 10. tuuſt) *tuus eſt* V. L.

Digitized by Google

DAE. Quíd negotíſt? TR. vír ſceleſtus íllic eſt. DAE. quid fecít tibi
Vír ſceleſtus? TR. hómini ego iſti tálos ſuffringí volo.
DAE. Quíd ĕſt, qua de re lítigatis núnc inter vos? TR. éloquar.
GR. Ímmo ego eloquár. TR. ego, opinor: rém faceſſo. GR. ſí quidem
Sís pudicus, hínc faceſſas. DAE. Grípe, animum aduorte, ác tace.
GR. Vtin' íſtic priu' dícat? DAE. audi. lóquere tu. GR. alienón' prius,
Quám tuo dabis orátionem? TR. en, vt nequitur cómprimi!
Íta vt occoepi dícere, illum quém tu e fano Vénerio
Dúdum lenonem éxtruſiſti, hic éius vidulum ĕccíllum habet.
GR. Nón habeo. TR. negás, quod oculis vídeo? GR. at ne videás velim.
Hábeo, non habeó: quid tu me cúras, quid rerúm geram?
TR. Quómodo habeas, íllud refert, iúrene anne iniúria.
GR. Ní iſtum cepi, núlla cauſſa eſt quín me condonés cruci.

14. negotiſt) *negociist* V. L. *negociſt* P. O. C. vir ſceleſtus) *vir. ſceleſtus* O.

15. ego) om. O. iſti) *iſtos* S. ſuffringi) *ſubſtringi* V. L. *ſubfringi* P. Bo.

16. Quid eſt,) *Quid eſt?* La. litigatis nunc) *n. l.* V. L. P. O. S.

17. Immo) *Imo* O. S.

18. faceſſas) *diſcedas* V. L. et nonnulli codd. Lambini.

19. GR. Vtin') *ut* V. L. P. O. S. DAE.) om. V. L. P. O. S. alienon') *alicon.* S.

20. orationem) *otationem* P. TR.) *Dem.* V. L. P. O. S. en) om. omnes. nequitur comprimi) *nequiter comprimitur* V. L. P. O. S.

21. Ita) *Tr. ita* V. L. P. O. S. tu e fano Venerio) om. omnes h. l.

22. Dudum lenonem) *d. * * l.* C. *dudum e fano Veneris Lenonem* La. extruſiſti) *extrudiſti* S. eccillum) *illum* V. L. *ecillum* P. habet) om. omnes.

24. quid tu) *quod tu* P. S.

25. illud) *id* V. L. P *nihil id* O. iurene) *iure* V. L. P. O. S.

Digitized by Google

Si ín mari reti ápprehendi quí tuum potiuſt,
quám meum?
TR. Vérba dat. hoc modó res geſta eſt, vt ego dico.
GR. quíd tu ais?
TR. Quoád primariús vir dicat, cómprime hunc
ſis, ſí tuuſt.
GR. Quíd, tu idem mihí vis fieri, quód herus con-
ſueuſt tibi?
Si ílle te comprímere ſolitus, híc noſter nos nón
ſolet.
DAE. Vérbo illo modo ílle vicit. quíd nunc tu vis,
díc mihi.
TR. Équidem neque ego pártem poſco míhi ĭſtinc
de iſto vídulo,
Néque meum hodie eſſe vnquam dixi. ſéd ĭſtĭc
ineſt ciſtéllula
Húius mulieris, quam dudum díxi fuiſſe líberam.
DAE. Némpe tu hanc dicís, quam eſſe aibas dú-
dum popularém meam?
TR. Ádmodum: et ea quae ólim parua géſtauit
crepúndia,
Íſtic in iſta cíſtula inſunt, quae íſtic ineſt in vídulo.
Hóc neque ĭſti vſus éſt, et illi míſerae ſuppetiás
feret,
Si íd dederit, quí ſuós parentes quaérat. DAE. fa-
ciam vt dét: tace.
GR. Níhil hercle ego ſum iſtí daturus. TR. níl pe-
to, niſi cíſtulam

27. mari) *mare* V. L. retí) *rete* V. L. Bo. apprehendi) *adpr.* C. La. 1595. *depr.* La. 1577. potiuſt) *potius eſt* V. L. P. S. C. La.
28. hoc) *Gr. hoc* O. GR.) *Dae.* O.
29. TR.) *Dem.* V. L. P. Quoad) *quod* V. L. P. O. Bo. hunc) *Gr. nunc* V. L. *Gr. num* P. *Gr. Nun* S. ſis) *ſcis* V. L. S. tuust) *tuus eſt* omnes.
30. GR.) *Tr.* V. P. S. idem mihi) *m. i.* O.
32. vis,) *vis?* C. La. Bo.
33. iſto) *iſtoc* omnes.
34. eſſe) *ipſe* L. iſtic ineſt) *iſtinc eſt* V. L. ciſtellula) *ciſtula* O.
35. quam dudum dixi fuiſſe) *du. f. q. di.* O.
36. aibas) *aiebas* omnes. meam?) *meam.* V. P. *meam* C.
37. geſtavit) *geſtabat* V. L.
38. iſta) om. O.
39. feret) *ferret* La.
40. qui ſuos) *quis uos* P. *ſuos qui* O.
41. hercle ego) *e. h.* C. La. *nil*) *nihil* omnes.

Digitized by Google

Ét crepundia. GR. quíd, ea ſi ſunt aúrea? TR. quid iſtúc tua?
Aúrum auro expendétur, argentum árgento exaequábitur.
GR. Fác ſis aurum vt vídeam: poſt ego fáciam vt videas cíſtulam.
DAE. Cáue malo, ac tace tú: tu perge, vt óccoepiſti, dícere.
TR. Vnum te obſecro, vt ted huius cómmiſereſcat múlieris,
Sí quidem hic eius éſt lenonis vídulus, quod ſúſpicór.
Híc niſi dě opínione cértum nil dicó tibi.
GR. Víděn, ſceleſtus vt aúcupatur? TR. ſíne me, vt occoepí, loqui.
Sí ſceleſti illíus eſt hic, quóius dico, vídulus,
Haé poterunt nouíſſe: ostendere hís iube. GR. ain'? osténdere?
DAE. Haúd iniquum dícit, Gripe, vt óstendatu vídulus.
GR. Ímmo hercle inſigníte inique. DAE. quí dum? GR. quia, ſi osténdero,
Cóntinuo hunc nouíſſe dicent ſcílicet. TR. ſcelerúm caput,
Vt tute es, item ómnis cenſes éſſe? periurí caput!
GR. Omnia ĭſtaec ego fácile patior, dúm hic hinc a me ſéntiat.

42. ea si) *si ea* V. L. P. S. C. La. *ſi autem ea* O. iſtuc) *iſtic* V. L. P. O. S. C.

43. exaequabitur) - *bimur* V. L. P. O.

44. Fac ſis) ita Pall. *facias* V. L. P. O. S. C. La.

45. tu perge) *tum p.* V. *tu* om. P. O. S.

46. ted) *te* V. L. P. O. S.

47. eius eſt lenonis) *l. ei. est* omnes. quod) *quem* omnes.

48. nil) *nihil* omnes. tibi) om. V. L. P. O. S.

49. ut auc.) *is auc.* V. L. P. O S. occoepi) - *piſti* V. L.

50. quoius) *cuius* V. L. P. C. La.

51. Hae) *Nec* V L. *haec* P. Bo. *eae* S. his) *hic* V. L. P. *iis* S. ain'?) *an* V. L.

53. Immo) *imo* L. O. S.

55. tute) *tu* P. S. *tu te* O. omnis cenſes) *c omneis* O. periuri) *periurii* S. C. La.

56. ego) *ergo* O. hinc) *huic* V. P. S.

Digitized by Google

TR. Átqui nunc abs té ſtat: verum hinc cíbit teſtimónium.
DAE Grípe aduorte animúm. tu paucis éxpedi, quid póſtulas.
TR. Díxi equidem: ſed ſí parum intelléxti, dicam dénuo.
Hásce ambas, vt dúdum dixi, ita éſſe oportet líberas.
Haéc Athenis párua virgo fuít ſurrepta. GR. díc mihi,
Quíd iſta ad vidulúm pertineant, ſéruae ſint an líberae.
TR. Ómnia iterum vís memorari, ſcélus vt defiát dies.
DAE Ábstine maledíctis, et mihi quód rogaui dílue.
TR. Cíſtellam iſtíc inéſſe oportet caúdeam in iſto vídulo,
Vbi ſunt ſigna, quí parentes nóſcere haec poſſít ſuos,
Quíbu'cum parua Athénis periit, ſícuti dixí prius.
GR. Iúppiter te díque perdant! quíd ais vir venéfice?
Quíd, iſtae mutae ſúnt, quae pro ſe fábulari nón queant?
TR. Eó tacent, quia tácita mulier ſémper quam loquéns bonaſt.

57. TR.) om. V. L. *Dem.* P. O. Atqui) *atque* V. L. P. S. cibit) *ibi* Pall. V. L. C. La. 1595. *tibi* P. O. S. La. 1577.

58. DAE.) om. P O. S. expedi, quid poſtulas) *expedi. Tr. q. p.* V. L *exp. Gr. q. p.* P. O, S. *expedi. quid poſtulas?* La.

59. TR.) om. V. L. intellexti) *-exi* V. L.

61. virgo fuit) *f. v.* omnes. ſurrepta) *ſubrupta* V. L. *ſurrupta* P. S. C.

62. iſta) om. O. pertineant) *-net* V. L. O. - *nent* P. S. C. La. sint) *ſunt iſtae* V. L. *ſint iſtae* P. O. S. C. La. liberae) *-ra* O.

65. oportet) *opportet* S. caudeam) *gaudeam* Pall. V. L. P.

67. Quibu'cum) *quibus cum* omnes. Athenis periit) *p. A.* omnes. ſicuti) *ſicut* V. L P. O. S.

68. Juppiter) *Jupiter* V. L. La. dique) *diique* V. L. In O. *omnes* additum eſt. quid) *quis* V. L. vir) om. V. L. P. O. S.

69. fabulari) *fari* O.

70. tacita mulier) *t. bona eſt m.* V. L. *t. bona'st m.* P. O. S. C. La. *tacitast melior mulier* Bentl. ad Ter. Phorm. II. 3, 21. bonaſt) om. h. l. omnes, etiam Bentl., qui duo ſequentes verſus ita exhibet ut R.

Digitized by Google

GR. Túm pol tu pro orátione néc vir nec muliér mihi es.
TR. Quí dum? GR. quia enim néque loquens es néque tacens vnquám bonus.
Quaéſo, en vnquam hodié licebit míhi loqui? DAE. ſi praéterhac
Vnum verbum fáxis hodie, egó tibi comminuám caput.
TR. Vt id occoepi dícere, ſenex, eám te quaeſo cíſtulam
Vt iubeas hunc réddere illis: ób eam ſiquid póſtulat
Síbi mercedis, dábitur: aliud quídquid ibi eſt, habeát ſibi.
GR. Núnc demum iſtuc dícis, quoniam iús meum eſſe intéllegis.
Dúdum dimidiám petebas pártem. TR. immo etiam núnc peto.
GR. Vídi petere míllüum, etiam quúm nihil auferrét tamen.
DAE. Nón ego te comprímere poſſum ſíne malo? GR. ſi iſtíc tacet,
Égo tacebo: ſi íſte loquitur, ſíne me meam partém loqui.
DAE. Cédo modo mihi vídulum iſtum Gríphe. GR. concredám tibi.
Át ſi iſtorum nſl ſit, vt mihi réddas. DAE. reddetúr. GR. tene.

71. Tum pol tu) *tu pol tu* V. *tu pol* L. P. O. S. pro oratione) *proportione* Pall. *pro portione* V. L. P. O. S. C. La. mihi) om. P. S.
73. Quaeso) *Tr. q.* V. L. P. O.
74. Vnum) om. V. L. P. S. Gron. *tu* O. comminuam) *dimin.* V. L.
75. ſenex eam) *e. ſ.* O.
78. GR.) om. P. intellegis) *-ligis* V. L. P. C. La.
79. immo) *imo* L. P. O. S.
80. miluum) ita Pall. L. P. *milium* V. a m. pr. *miluom* O. Bo. *milvium* C. La. auferret) *auferet* V. L.
81. tacet) *taceat* La.
82. iſte) *iſtic* V. L. me) *mea pro re* V. L. codd. Lambini. P. Med. S. *me pro re* cod. Leidensis Gronovii. meam partem) *mea parte* V. L. cod. Leid. codd. Lamb. P. Med. S. *mea pro parte* O. *pro re mea* C. La.
83. vidulum iſtum) *i. v.* V. L. P. S. C. La. concredam) *concedam* V. L.
84. At) *ac* V. L. P. O. S. C. nil) *nihil* omnes; et in O. poſt *sit.*

Digitized by Google

DAE. Audi nunc iam. Palaestra atque Ampelisca hoc quod loquor.
Estne hic vidulus, vbi cistellam tuam inesse aiebas? PA. is est.
GR. Perii miser ego hercle! vt priu'quam plane adspexit, illico
Eum esse dixit! PA. faciam ego hanc rem planam ex procliui tibi.
Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.
Ibi ego dicam quidquid inerit nominatim: tu mihi
Nullus ostenderis. si falsa dicam, frustra dixero.
Vos tamen istaec, quidquid istic inerit, vobis habebitis.
Sed si vera erunt, tum te obsecro, vt mihi reddantur. DAE. placet.
Ius merum oras, meo quidem animo. GR. at meo hercle iniuriam meram.
Quid si ista aut supérstitiosa, aut áriola est, atque omnia

85. DAE.) om. V. L. P. O. S. Audi nunc) *Audin* S. Palaestra)-*ram* S. Ampelisca) – *cam* S.

87. miser ego hercle) *h. e. m.* omnes, praeter S. qui *h. m.* (om. *ego*) habet, ut) om. O. illico) *ilico* L. P.

88. PA.) *Dem.* V. L. P. O. S. planam ex proclivi)... *nam* Pall. *nam* V. L. P. O. S. * *planam* C. „deest aliquid, ut tale quippiam, *Hanc rem ex incerta planam.*" C. *quam quaeris, planam* La. „deest hic aliquid, et est in quibusdam ex nostris libris lacunula, in aliis literae exesae et nescio quo pacto pene deletae." La.

89. Cistellam) *cistulam* O. istic inesse) *istancine esse* V. *istanccine esse* L. *istícine esse* P. *istíccine esse* O. S. caudeam) *gaud.* V. L. P.

90. Ibi) *Pal. ibi* V. L. *Pal. ubi* P. O. S. nominatim) *singulatim* Valla.

91. Nullus) *nullum* omnes, etiam Pall.

92. istic) *istit* O. *illic* Gron.

93. vera erunt) *e. v.* omnes, te obsecro, ut) *o. t. ut mea* omnes. DAE.) *Gr.* V. L. P. O. S.

94. merum oras) *o. m.* O. GR.) *Dem.* V. L. P. O. S. *Tr.* C. Gron. at) *ac* O. S. Gron. iniuriam meram) om. omnes, praeter La., qui haec adscripsit: Puto sic esse a Plauto scriptum, quamvis nulla sint horum verborum vestigia in libris veteribus." Camerarius haec: Hoc in versu finis deest. Et suspicor personam interponi debere non Trachalionis, sed Gripi, ut ἐναντίωσις constet. ac si tale esset: GR. *at meo hercle iniuriam meram. Quid si ista.*" Secundum Gruterum in Pal. priori ante *at* lacuna est, cuius signum C. post *hercle* fecit.

95. Huic versui omnes, etiam La., *Gripi* nomen praepositum habent, O. praeterea *dic mihi*, quid etc. ariola) *har.* V. L. *hauriola* O.

Digitized by Google

Quídquid inſit véra dicet? ánne habebit áriola?
DAE. Nón refert: niſi véra dicet, néquidquam ariolábitur.
Sólue vidulum érgo, vt quid ſit vérum, quam primúm ſciam.
GR. Hóc habet: ſolútuſt. perii ah! vídeo ciſtellam.
DAE. haécine eſt?
PA. Íſtaec eſt. o meí parentes, híc vos concluſós gero!
Húc opesque ſpésque voſtrûm cógnoſcendûm cóndidi.
GR. Túnc tibi hercle deós iratos éſſe oportet, quísquis eſt,
Quaé parentes ín tam anguſtum tuós locum compégeris.
DAE. Grípe, accede huc, túa res agitur: tú puella iſtínc procul
Dícito, quid ínſit, et qua fácie: memorato ómnia.
Si hércle tantillúm peccaſſis, quód posterius póſtules
Te ád verum conuérti, nugas múlier magnas égeris.
GR. Iús bonum oras. TR. édepol haud ted órat: nam tu iniúriu's.

96. inſit) *infit* S. anne) *in me* V. L. P. habebit) *abit* Valla. ariola) *har.* L. O.
97. refert) *feret* Pal. ſec. P. O. S. C. Quod R. praetulit, et in V. L. et in Lambini codd. et, ut videtur, in Pal. pr. exſtat. Idem in cod. Sambuci inventum eſt. ariolabitur) *har.* O. *ariolatur* Pall. P. *hariolatur* V. L.
98. Solve) *Pal. ſ.* V. L. P. O. S. quid) *quicquid* V. L. P. O. S. Gron. ſciam) *faciam* V. L. P. O. S.
99. GR.) *Dem.* V. L. O. S. om. P. hoc) *bene hoc* O. habet:) *habere bene.* S. *habe.* La. ſolutuſt) *Gr. ſolutum eſt* V. P. O. S. *Gr. ſolutus eſt* L. *ſolutum eſt* C. La. perii ah) *aperi* V. L. P. S. C. La. *ah peri* O. video) *Pal. v.* V. L. S. haecine) *heccine* V. L. P. *haeccine* O. S. C. La.
100. mei) *mi* V. L. P. O. S.
101. voſtrum) *veſtrum* V. L. P. C. La. condidi) *credidi* V. (adſcripta vulgata a m. ſ. pro var. lect.) L. duo ex Lambini codicibus.
102. Tunc) *tum* V. L. P. O. S. hercle) om. V. L.
103. parentes) - *tis* V. L. P. - *teis* O. S. C. La. in tam) *t. i.* V. L. P. O. S.
106. tantillum) *tantulum* V. L. P. S. quod) *quot* V. L. P. poſterius) *poſceris* V. L. *poſteris* P. *poſtea* O. S.
107. converti) *convorti* P. O. S.
108. ted orat) *te o.* V. L. P. O. S. *o. te* C. La. iniuriu's) - *iurius* omnes.

Digitized by Google

DAE. Lóquere nunc iám puella. Gripe animum advorte, ác tace.

PA. Súnt crepundia. DAE. écca video. GR. périi in primo praélio.

Máne, ne ostenderís. DAE. qua facie sunt? respondе ex órdine.

PA. Énsiculust auréolus primum lítteratus. DAE. díce dum,

Ín eo ensiculo lítterarum quíd sit. PA. mei nomén patris.

Póst altrinsecus ést securicula áncipes, item aúrea, Lítterata: ibi mátris nomen ín securiculást. DAE. mane.

Díc, in ensiculó quid nomen ést paternum. PA. Daémones.

DAE. Di immortales, ubi loci sunt spés meae? GR. immo edepól meae?

DAE. Pérge, te obsecró, continuo. GR. plácide: aut ite in malám crucem.

DAE. Lóquere matris nómen hic quid ín securiculá fiet.

PA. Daédalis. DAE. di mé seruatum cúpiunt. GR. at me pérditum.

DAE. Fíliam meam ésse hánc oportet, Gripe. GR. sit per mé quidem.

Quí te di omnes pérdant, qui me hodie óculis vidísti tuis,

109. Gripe) *Gr.* (velut loquentis signum) O. advorte) *advortite* P.

110. perii) *peri* V. L. P. S. praelio) *proelio* P.

111. DAE.) ante *mane* positum in V. L. P. O. S. C. om. La. ex) om. O.

112. Ensiculust) *Inf.* P. *ensiculus est* V. L. La. aureolus primum) *p. a.* La. litteratus) *liter.* L. S.

113. litterarum) *litteratum* V. *litteratum* L. sit) *est* omnes.

114. item) *itidem* Prisciani codices octo lib. VI. p. 286. *idem* editio una.

115. Litterata) *liter.* L. O. S. securiculast) *ferur.* P.

116. quid) ita Pall. *quod* reliqui omnes.

117. Di) *dii* V. L. immo) *imo* P. O. S.

118. Perge, te) *p. tu* V. L. *pergite* P. O. S. C. La. GR.) om. V. L. post *placide* habent P. O. S. C. La. aut ite) *at tu* V. L.

119. DAE.) om. V. L. loquere) *Eloquere* O. quid in securicula) *in f. qui* V. a m. pr. *in f. quid* V. a m. s. L. P. O. S. C. *in f. quod* La.

122. Qui) ita etiam Pall. *Quin* P. O. S. C. La.

Digitized by Google

Méque adeo ſceléſtum, qui non circumſpexi cénties.
Príu', me nequis ínſpectaret, quám rete extraxi éx aqua.
PA. Póſt ſicilicula argéntea, et duué connexae mániculae, et
Súcula. GR. quin tu diérecta i cum ſúcula et cum pórculis.
PA. Ét bulla aurea, quám pater dedít mihi natalí die.
DAE. Éa ĕſt profecto, cóntineri, quín complectar, nón queo.
Fília mea ſálue: ego, is ſum, quí te produxí, pater.
Égo ſum Daemonés, et mater túa ĕcca hic intus Daédalis.
PA. Sálue mi pater ínſperate. DAE. ſálue. vt te amplectór libens!
TR. Vólupeſt, quum iſtuc éx pietate vóſtra vobis cóntigit.
DAE. Cápe dum: hunc, ſi potés, fer intro vídulum, age Trachálio.
TR. Écce Gripi ſcélera, quum iſtaec rés male euenít tibi,
Gripe, gratulór. DAE. age eamus, méa gnata, ad matrém tuam,

124. me) om. O. rete) *recte* L. *retem* O. *re te* La. 1577.

125. Poſt) *p. eſt* V. L. P. O. S. *p. in* C. La. ſicilicula) ita Pal. pr. *ſitula* V. L. codd. Lambini. La. *ſiculo* P. O. S. argentea) *argenteola* omnes.

126. dierecta i) *i dier.* omnes. *i directa* Priſc. Kr. lib. III. p. 130. et cum) *et* O. Priſc. Kr. „Codicum in hoc loco magna eſt varietas. Nos Putschium et MS. Zwicc. 1. ſecuti ſumus. MS. Lips. 1. 2. et Luth. *Sucula quin tu die recta* et rel. Erl. 2. et Heidelb. *Quin tu die recta.* Erl. 1. *Sucula quinta die recta.* Dresd. 1. *sucula protulit quinta porrecta.* Lips. 3. *sutula quinto die et recta curricula cum porculis.* Dresd. 2. *Sucula quinto die recta*, rel. Ed. Ven. 1. *quinto die recta.*" ex nota Krehlii ad Priſc. Editio Pariſiensis Prisciani a. 1517 habet: *Quin tu directa cum ſucula, et porculis.*

127. aurea, quam pater) *a. eſt, p. q.* omnes.

128. eſt profecto) *p. e.* O.

129. mea ſalve) *s. m.* V. L. P. O. S. produxi, pater.) *produxi; pater* V.

130. ecca) om. V. L.

131. libens) *lubens* V. L.

132. TR.) om. P. ex) om. O. voſtra) *veſtra* V. L. P. C. La. contigit) *contingit* S.

134. Gripi) „ſic habent noſtri libri, nihil a vulgatis diſcrepantes. Camerarius edidit *Gripe.*" La. aut errore lapſus, aut vitioſo exemplari editionis Camerarianae uſus. iſtaec) *iſtec* P.

Digitized by Google

Quaé ex te poterit árgumentis hánc rem magis exquírere:
Quaé te magi' tractáuit, magi'que ſígna pernouſt tua.
TR. Introëamus ómnes, quando operam ómnes promiſcám damus.
PA. Séquere me Ampelíſca. AM. quum te dí amant, volúptati éſt mihi.

ACTVS QVARTVS. SCENA QVINTA

GRIPVS

Súmne ego ſceléſtus, qui illunc hódie excepi vídulum?
Aút quum excepi, quí non alicubi ín ſolo abſtruſí loco?
Crédebam edepol túrbulentam praédam euenturám mihi,
Quía illa mihi tam túrbulenta témpeſtate euénerat.
Crédo ego edepol íllic ineſſe auri átque argenti lárgiter.
Quíd meliuſt, quam vt hínc intro abeam, et mé ſuſpendam clánculum,
Sáltem tantiſpér, dum abſcedat haéc a me aegrimónia.

ACTVS QVARTVS. SCENA SEXTA

DAEMONES

Pro di ímmortales, quís me eſt fortunátior,
Qui ex ímproviſo fíliam inuení meam?

138. Introëamus) *eamus intro* omnes. operam omnes) *operam*, om. *omnes*, omnes. „ante promiſcam, quod *promiſcue* ſignificat, aliquid deeſſe, litura in noſtris libris indicare mihi viſa fuit.“ C. promiſcam) - *cuam* Pal. ſec. V. L. P. O. S.

139. di) *dii* V. L. S. C. La.

SCENA QVINTA) Hanc omnes partem extremam quartae faciunt.

1. illunc) *illuc* V. L. O. *illac* P. S.
3. edepol) *pol* O.
4. tam) om. omnes. tempeſtate) *poteſtate* V. L.
5. ego edepol) *aedepol ego* V. P. *ed. ego* L. S. C. La. *aedepol* O. illic) om. O. atque) *et* omnes.
6. Quid) *qui* V. L. *quod* S. meliust) *melius eſt* V. L. P. S. C. La. hinc) *hic* V. L.
7. dum) *ut* V. L.

DAEM.) *D. ſenex* V. etc.

1. Pro) *Proh* O. C. La. di) *dii* V. L. S.

Digitized by Google

Satín' sí quoíi homini dí éſſe benefactúm volunt,
Aliquo íllud pacto obtíngit optatúm piis!
Ego hódie, qui neque ſpéraui, neque crédidi,
Is ímprouiſo fíliam inuení tamen:
Et eám de genere ſúmmo adoleſcentí da b
Ingénuo, Athenién ſi, et cognató meo.
Ego eum ádeo arceſſi huc ád me quam primúm volo,
Iuſſíque exire huc éius ſeruom, vt ád forum
Íret. nondum egreſſum éſſe eum, id mirór tamen.
Accédam opinor ád fores. quid cónſpicor?
Vxór complexa cóllo retinet fíliam.
Nimí' paéne inepta atque ódioſa eius amátio eſt.
Áliquando osculándo meliuſt, vxor, pauſam fíeri.
Átque adorna, vt rém diuinam fáciam, quum intro aduénero,
Láribu' familiáribus, quum auxéruńt noſtram fámiliam.
Súnt domi agni et pórci ſacres. ſéd quid ístum remorámini
Múlieres Trachálionem? atque óptume eccum exít foras.

3. quoii) *cui* V. L. P. S. C. La. *quoi* O. di) *dei* V. L. P. S. C. La. volunt) *volo* V. L. *volant* P.

4. illud) *iſtuc* V. L. obtingit) *obtigit* P.

5. hodie) *quod hodie* O. qui) om. Pall. V. L. P. O. S.

6. improviſo) *inprov.* V. inveni)-nit V. L.

9. arceſſi) *accerſi* V. L. P. O. S. C.

10. eius ſervom) *ſervum eius* V. L. P. S. C. La. *ſervom eius* O.

11. id miror) *admiror* V. L. - O. C. et La. poſt *miror* commate diſtinguentes poſt *tamen* punctum omittunt. In P. neutro loco diſtinctio apparet.

14. paene) om. Pal. ſec. P. O. S. C. „*n. paene i.* ſic edidi noſtros libros veteres ſecutus, et vero ita profert Nonius in voce *amatio.*“ La. Habent idem Pal. pr. V. L. amatio eſt) *e. a.* O. In V. a m. pr. *eſt amatio eſt* ſcriptum, ſed prius *eſt* punctis ſubnotatum.

15. Ab hoc verſu omnes novam ſcenam incipiunt. In V. praeſcriptum eſt *Demones, Tracalio.* In P. O. C. La. *Daem. Trachalio ſervus.* osculando) *obſc.* P. meliust) *melius eſt* omnes.

16. adorna) *adornare* C. La. (contra Pall.)

17. quum) *quom* O.

18. porci ſacres) *porciſacres* V. C.

19. optume) *optime* V. L. P. C. La.

Digitized by Google

ACTVS QVARTVS. SCENA SEPTIMA

TRACHALIO. DAEMONES

Vbi vbi ẽſſe, iam inuéſtigabo, et mécum ad te addúcam ſimul
Pleuſidippum. DAE. elóquere vt haec res óbtigit de fília:
Eúm rogita, vt relínquat alias rés, et huc veniát. TR. licet.
DAE. Dícito datúrum me illi fíliam vxorém. TR. licet.
DAE. Ét patrem eius me nóuiſſe: et mihi éſſe cognatúm. TR. licet.
DAE. Séd propera. TR. licét. DAE. iam hic fac ſit, coéna vt curetúr. TR. licet.
DAE. Ómniane licét? TR. licet. ſed ſcín' quid eſt, quod té volo?
Quód promiſiſti vt memineris, hódie vt liber ſím. DAE. licet.
TR. Fác vt exores Pleuſidippum, vt me émittat manú. DAE. licet.
TR. Ét tua facito fília oret: fácile exorabít. DAE. licet.
TR. Átque vt mi Ampelíſca nubat, vbi ego ſim libér. DAE. licet.
TR. Átque vt gratum mí beneficium fáctis experiár. DAE. licet.

SCENA SEPTIMA) Sine diſtinctione omnes.
1. iam) *tamen* V. L. P. O. S. C. La. *tamen iam* Gron.
3. Eum) om. O. rogita) *rogato* omnes. relinquat) *linquat* Mediol.
4. daturum) -*ram* L. P. me) *meam* omnes.
6. sit) *sis* omnes, etiam Pall. (ex S. non allatum eſt)
7. Omniane) *omnia* V. L. P. O. *omnia hic S. omnian*ⁿ C. La. Gr. licet?) *i licet.* P. *illicet.* O. TR.) poſt alterum *licet* poſitum eſt in V. L.
9. ut exores) *ut tu e.* O. ut me) *ut* a m. ſ. additum in V. manu) om. V. L. P. O. S.
10. facito fília) *fília fato* V. *fi. facito* reliqui, et *facito* ut varia lectio ſuperne a m. ſ. adſcriptum in V.
11. mi) *mihi* omnes, et O. poſt *Amp.*
12. hunc v. V. L. h. l. omittunt. mi) *mihi* P. O. S. C. La. et O. ante *gratum.*

Digitized by Google

TR. Omniane licét? DAE. licet. tibi rúrſum refero grátiam.
Séd propera ire in vrbem actutum, et récipe te huc rurſúm. TR. licet.
Iam híc ero. tu intéribi adorna céterum quod opúſt. DAE. licet.
Hércules iſtum ínfelicet cúm ſua licéntia:
Ita meas repléuit aures. quídquid memorabám, licet.

ACTVS QVARTVS. SCENA OCTAVA

GRIPVS. DAEMONES

Quam móx licet te cómpellare Daémones?
DAE. Quid éſt negoti, Gripe? GR. de illo vídulo,
Si ſápias, ſapias: hábeas, quod di dánt boni.
DAE. Aequóm videtur tíbi, vt ego, alienúm quod eſt,
Meum éſſe dicam? GR. quódne ego inueni in mari?
DAE. Tanto ílli melius óbtigit, qui pérdidit.
Tuum éſſe nihilo mágis oportet vídulum.
GR. Iſtó tu es pauper, quúm nimis ſancté piu's.
DAE. O Gripe Gripe, in aétate hominum plúrimae

13. Omniane) ut v. 7. (niſi quod S. h. l. *hic* non habet.) licet?) *ilicet*. O. DAE.) poſt alterum *licet* V. L. (ut v. 7.)
14. recipe) *recipere* V. TR.) om. P.
15. Iam) *Dem. iam* V. L. interibi) *interim ibi* V. L. ceterum) *coeto*. V. *caet*. P. O. C. La. opuſt) *opus eſt* V. L. S. C. La. DAE.) *Tr.* V. L.
16. Hercules) *Dem. Herc.* V. L. *Tr. H.* codices Meurſii, P. O. S. Gron. infelicet) *infelicitet* P. O. La. (Pall. ut R.)
17. replevit) *complevit* V. L. GR.) *piſcator* addunt V. etc. DAE.) *ſenex* add. V. etc.

1. Quam) *Tuam* V. L. omiſſo in fine interrogationis ſigno.
2. negoti) *negocii* V. L. P. O. S. - *tii* C. La.
3. Si) *Dem. ſi* V. L. P. sapias:) om. V. L. (Pall. habent.) habeas) om. P. S. di) *dii* V. L. dant boni) *b. danunt* V. L. P. O. S. - Bentl. ad Ter. Heaut. II. 3, 104 hunc verſum, ita ſcriptum, ut apud C. et R. exſtat, affert.
4. DAE.) om. V. L. P. Aequom) - *um* V. L. P. C. La.
6. illi melius) *m. i.* omnes.
8. es pauper) *p. e.* omnes. quum) *quom* O. piu's) *pius* omnes.
9. O) om. V. L.

Digitized by Google

Fiúnt tranſennaē, vbi decipiuntúr dolis.
Atque édepol in eas plérumque eſca impónitur:
Quam ſíquis auidus páſcit eſcam auáriter,
Decípitur in tranſénna auaritiá ſua.
Ille quí conſulte, dócte, atque aſtuté cauet,
Diútine vti béne licet partúm bene.
Mihi íſtaéc videtur praéda praedatum írier,
Vt cúm maiore dóte abeat, quam aduénerit.
Egone vt, quod ad me allátum eſſe alienúm ſciam,
Celém? minime iſtuc fáciet noſter Daémones.
Sempér cauere hoc ſápientes aequíſſumum eſt,
Ne cónſcii ſint ípſi maleficí ſuis.
Nihíl ego, mihi quum lúſi, moror vllúm lucrum.
GR. Spectáui ego pridem cómicos ad íſtúm modum
Sapiénter dicta dícere, atque iis plaúdier,
Quum illós ſapientis móres monſtrabánt popło.
Sed quum índe ſuam quisque íbant diuerſí domum
Nullús erat illo pácto, vt illi iúſſerant.
DAE. Abi íntro, ne moléſtu's, linguae témpera.
Ego tíbi daturus níl ſum, ne tu frúſtra ſis.

10. tranſennae) *traſ.* O.

11. eas) *eis* V. L.

12. paſcit) *poſcit* omnes, etiam Pall. In V. poſt id *eam* ſcriptum rursusque inductum eſt, avariter) *avarus* V. L. In V. vulg. a m. ſ. pro v. l. ſupra ſcriptum.

13. tranſenna) *traſ.* O. avaritia) *cia* L.

15. uti) *ubi* L. *ei uti* C. La. (contra Pall.) om. O. bene) om. O. partum) *parum* V. L.

16. Mihi) *Gr. mihi* O. La.

18. egone) *Gri.* praepoſitum habet L. et a m. ſ. V. *Daem.* O. La. ad) *a* L. P. allatum) *abl.* V. L. P.

19. noſter) *voſter* O. „alii libri habent *voſter Daemones.*" La. *noſter* probat Bentl. ad Hor. Serm. II. 6, 48. Poſt hunc versum V. L. addunt: *hoc* (id a m. ſ. in V.) *licet. Atque ut gratum Mihi beneficium factis experiar.* cf. ſuperioris ſcenae v. 12.

20. Semper) *DAE. ſemper* V. *ſed* a m. ſ. *DAE. Dem. ſ.* L. sapientes aequiſſumum) *ſapientiſſimum* Pal. ſec. V. L. P. S. *dictum ſapientiſſimum* O. *sap. aequiſſimum* C. La.

21. malefici) *maleficiis* Pall. V. L. P. S. C. La. Bentl. ad Ter. Eun. 1. 2, 69. *maleficii* O. ſuis) *ſui* O.

22. Nihil) hoc omnes poſt *luſi* habent, et O. quidem *nil.* quum) *quom* O.

23. GR.) om. L. pridem) *quidem* V. L. iſtum) *iſtunc* V. L. P. O. S.

25. Quum) *tamen* V. L. *quom* O. monſtrabant) - *bat* V. P. S. popło) *populo* V. L. P. O. S.

26. quum) *quom* O. diverſi) *divorſi* omnes.

28. moleſtu's) *moleſtus* omnes.

29. tibi daturus) *d. t.* C. La. nil) *nihil* omnes. fruſtra sis) *fruſtraſſis* V. L.

Digitized by Google

GR. At égo deos quaeſo. vt quídquid in illo vídu-
loſt,
Si aurúm, ſi argentum eſt, ómne id vt fiát cinis.
DAE. Illúc eſt, quod nos néquam ſeruis vtimur.
Nam illíc cum ſeruo ſíquo congreſſús foret,
Et ípſum ſeſe et íllum furti adſtríngeret.
Dum praédam habere ſé cenſeret, ínterim
Praeda ípſus eſſet: praéda praedam dúceret.
Nunc hínc intro ibo, et ſácruficabò: póſtibi
Iubébo nobis coénam continuó coqui.

ACTVS QVINTVS

SCENA PRIMA

PLEVSIDIPPVS. TRACHALIO

Ítérum mihi ĭſtaec ómnia itera, mi ánime, mi
Tráchálio,
Mí liberte, mí patrone pótius, immo mí pater.
Répperit patrém Palaeſtra ſuum átque matrem?
TR. répperit.
PL. Ét popularis éſt? TR. opinor. PL. ĕt núptura
eſt mihi? TR. ſúſpicor.
PL. Cénſen' hodie déſpondebit eám mihi, quaeſo?
TR. cénſeo.
PL. Quíd, patri etiam grátulabor, quum íllam in-
uenit? TR. cénſeo.

31. argentum eſt) *tumſt* V. L.
34. furti) *forti* Pall. V. L P. *ſorti* Valla. adſtringeret) *aſtr.* V. L. C. La.
35. habere) *ret* V. L.
37. ſacruficabo) *ſacrif.* V. L. P. S. C. La. poſtibi) *poſt id* V. a m. pr. *poſt ibi* a. m. ſ. ut reliqui.
38. Iubebo) *videbo* V. a m. pr. P. O. S.

ACTVS QVINTVS) Eius initium C. La. inferius, ubi Labrax prodit, conſtituunt. PLEVS.) *adoleſcens* add. P. O. C. La. TRA.) *ſervus* add. iidem.

1. mihi) *me* O.
2. potius, immo) *i. p.* V. L. P. C. La. *imo p.* O. S.
4. nuptura eſt mihi) *mí n. eſt* Pal. ſec. V. L. P. O. S. (Pal. pr. ut R.)
6. Hunc v. om. V. L. quum) *quom* O.

Digitized by Google

PL. Quíd, matri eius? TR. cénſeo. PL. quid érgo cenſes? TR. quód rogas,
Cénſeo. PL. dic érgo quanti cénſes? TR. egone? cénſeo. PL. At
Súme quidem, ne cénſionem ſémper facias. TR. cénſeo.
PL. Quíd? ſi curram? TR. cénſeo. PL. an ſic pótius placide? TR. cénſeo.
PL. Étiamne eam adueniéns ſalutem? TR. cénſeo. PL. etiamne eíus patrem?
TR. Cénſeo. PL. poſt éius matrem? TR. cénſeo. PL. quid póſtea?
Étiamne adueniéns compléctar eíus patrem? TR. non cénſeo.
PL. Quíd, matrem? TR. non cénſeo. PL. quid, eámpſe illam? TR. non cénſeo.
PL. Périi, dilectúm dimiſit. núnc non cenſet, quúm volo.
TR. Sánus non es: ſéquere. PL. duc me mí patrone quó libet.

ACTVS QVINTVS. SCENA SECVNDA

LABRAX

Quis me éſt mortalis míſerior qui víuat alter hódie,
Quem ad récuperatorés modo damnáuit Pleuſidíppus?
Abiúdicata a mé modo eſt Palaéſtra. perditús ſum.
Nam lénones ex gaúdio credo éſſe procreátos:

7. 8. quid ergo - Cenſeo) haec verba bis leguntur in S.
8. 9. at Sume) *aſſume* V. L. *adſume* P. O. S. *At ſume* C. La. (*at* habent Pall.)
11. etiamne eius) *etiam* V.L. P. O. S. *etiamne* C. La.
14. eampſe illam) *eam ipſam palaeſtram* V. L.
15. Perii) *peri* P. O. dilectum) *del.* L, O. S. C. La. quum) *quom* O.
16. libet) *lubet* V. L. O.
LAB.) *leno* add. V. P. O.
1. mortalis) - *lium* omnes.
2. ad recuperatores modo damnavit) *m. d. a. r.* O.

Digitized by Google

Ita ómnes mortales, síquid eſt malí lenoni, gaúdent.
Nunc álteram illam, quaé mea eſt, viſam húc in Veneris fánum.
Saltem vt eam abducam, dé bonis quod réſtat reliquiárum.

ACTVS QVINTVS. SCENA TERTIA

GRIPVS. LABRAX

Nunquam édepol hodie ad véſperam Gripum ínſpicietis víuum,
Niſi vídulus mihi rédditur. LA. perií! quum mentiónem
Fieri aúdio vsquam víduli, quaſi pálo pectus túndor.
GR. Illíc ſceleſtus líber eſt: ego qui ín mari prehéndi
Rete átque excepi vídulum, dare eſ negatis quídquam.
LA. Pro di ímmortales ſuó mihi hic ſermóne arrexit aúreis.
GR. Cubitum hércle longis lítteris ſignábo iam vsquequáque,
Siquís perdiderit vídulum cum auro átque argento múlto,
Ad Grípum vt veniat. nón feretis íſtum, vt poſtulátis.
LA. Meum hércle illic homo vídulum ſcit quí habet, vt ego opínor.

5. mali) *malę* V. L.
6. huc) *hic* V. a m. pr.
7. reliquiarym) *aliquarum* V. a m. pr. *relliquiarum* P. O.
GR.) *piſcator* add. V. etc. LA.) *leno* add. V. etc.
1. veſperam) *-rum* omnes, praeter S. vivum) *vivom* O.
2. redditur) *reddatur* Pal. ſec. V. L. P. O. S.
3. tundor) *tundat* omnes, etiam Pall.
4. Illic) *iſtic* omnes.
5. dare ei) *e. d.* V. L. S. *ei dare* P. *tradere* O.
6. Pro) *Proh* O. di) *dii* V. L. mihi) om. V. L. P. S. aureis) *-ris* V. L. P. C. *-res* S.
7. iam) om. V. L. P. O. S. usquequaque) *u. in urbe* O.
9. ut) *is ut* V. a m. ſ. L.
10. qui) *quis* O.

Digitized by Google

Adeúndus mi illic éſt homo: di, quaéſo, ſubuenſte.
GR. Quid me íntro reuocas? hóc volo hic ante óſtium extergére.
Nam hoc quídĕm pol e robígine eſt, et nón e ferro fáctum:
Ita quántomagis extérgeo, rutilum átque tenuiús fit.
Numquíd natum eſt hoc vére verum? ita in mánibus conſenéſcit.
LA. Adoléſcens ſalue. GR. dí te ament cum irráſo capite. LA. quíd fit?
GR. Verum éxtergetur. LA. ýt vales? GR. quid tú, num medicus quaéſo es?
LA. Immo édepol vna líttera plus ſúm quam medicus. GR. túm tu
Mendícus es? LA. tetigíſti acu. GR. vidétur digna fórma.
Sed quíd tibi eſt? LA. hac próxima nocte ín mari elauí: nam
Confrácta eſt nauis, pérdidi quidquíd erat miſer ibi ómne.
GR. Quid pérdidiſti? LA. vídulum cum auro átque argento múlto.
GR. Ecquíd meminiſti in vídulo, qui périit, quid ibi infúerit?

11. mi) *mihi* omnes. di) *dii* V. L.

12. oſtium) *hoſtium* V. L. P. O.

13. e robigine) *erubigine* V. *e rubigine* L. O. *eſt rubigine* P. eſt, et) om. omnes. factum) *f. eſt* V. L. P. S. C. La. *fabre factum eſt* O.

14. quanto) - *ti* L. P. O. extergeo) - *gero* V. L. tenuius) *tenuis* V. L.

15. Numquíd) *nam quidem* V. L. P. O. S. Gron. *nanque quidem* C. La. natum eſt hoc vere verum?) *hoc venatust: verum* Pall. P. O. S. *hoc venuſtust, verum* V. L. *hoc vere natum eſt, verum* C. *hoc vere natum eſt verum* La.

16. Adoleſcens) *adul.* P. GR.) om. S. irraſo) *irraſo* V. L. P. fit) *ſit* O.

17. Verum) *ferrum* V. L. P. O.

18. Immo) *imo* L. O. S. tum) *numquid* V. L. *num* La.

20. hac proxima) *hoc proxuma* O. elavi: nam) *et alii* Pall. V. L. P. *mihi et alii* C. *elavi.* (om. *nam*) S. Gron.

21. Confracta) *contra fracta* V. L. P.

23. Ecquid) *Eo quid* V. L. P. S. qui) *quid* V. P. S. *quod* L. om. O. La. 1577. periit) *perit* P. S. C La. 1595. om. O. La. 1577. quid) *et quid* P. S. ibi infuerit) *inf. ibi* V. L. P. S. C. La. *infuerit* O.

Digitized by Google

LA. Quid réfert, qui periít? GR. tamen ſi, nón hoc fabulémur?
Quid, ſi égo ſciam qui inuénerit? volo éx te ſcire ſígna.
LA. Octíngenti in marſúpio nummi aúrei infuérunt.
Praetérea centum Phílíppeae minae ín paſceolo ſeórſus.
GR. Magna hércle praedaſt: lárgiter mercédis indipíſcar.
Di mé reſpiciunt ét homines. bene ego hínc praedatus ſho.
Profécto eſt huius vídulus. perge ália tu expedíre.
LA. Taléntum argenti cómmodum magnum ínerat in crumína.
Praetérea ſinus, épichyſis, cantháru', gaulus, cyathúsque.
GR. Papaé! diuitias tú quidém habuíſti luculéntas.
LA. Miſerum íſtuc verbum et péſſumum eſt, habuíſſe, et nihil habére.
GR. Quid dáre velis, qui iſtaéc tibi inueſtíget indicétque?
Elóquere propere céleriter. LA. nummós trecentos. GR. trícas.

24. qui) *quid* La. 1577. periit) *perit* V. P. S. GR.) om. V. tamen) *nihil*, *tamen* O. La. *si*, non hoc) *si non hoc*, *aliud* omnes. fabulemur?) *fabulemur*. omnes.

25. Quid) *Gr. q.* V.

26. Octingenti in marſupio nummi aurei) *n. o. a. i. m.* omnes (*numi* V. L. La. *auri* V. L. P. O. S.) infuerunt) *primum inf.* O.

27. Philippeae minae) *mna philippia* Pall. *denaria philippea* V. L. C. La. et Nonius in *Pasceolus*. *denaria philippia* P. S. *mnae philippicae* O. atque id Anſelmus ex codicibus vetuſtis affert. paſceolo) *paſiteolo* V. L.

28. indipiſcar) *adip.* V. L.

29. Di me reſpiciunt et homines) *di homines respiciunt* Pall. V. L. P. S. *Dii omnes h. r.* O. *Dii me homines que r.* C. La.

30. eſt huius) *h. e.* V. L. P. S. C. La.

31. inerat) *erat* V. a m. pr. crumina) *crumena* O. C. La.

32. epichyſis) *epichiſis* V. L. P. O. *Epichſis* S. gaulus) *caulus* V. L. cyathusque) *que* om. V. L. P. O. S. (et hic habet *cyatus*, om. *h.*,

34. peſſumum) *peſſimum* V. L. P. S. C. La.

36. tricas) *trichas* P. S.

Digitized by Google

LA. Quadrigéntos. GR. tramas pútridas. LA. quingéntos. GR. caſſam glándem.
LA. Sexcéntos. GR. curculiúnculos minútos fabuláre.
LA. Dabo ſéptingentos. GR. ós calet tibi: núnc id frigefáctas.
LA. Millé dabo nummos. GR. ſómnias. LA. nihil áddo: abi. GR. igitur aúdi:
Si hercle ábiero hinc, hic nón ero. LA. vin' céntum et mille? GR. dórmis.
LA. Elóquere, quantum póſtules. GR. quo níhil inuitus áddas,
Taléntum magnum: nón poteſt trióbolum hinc abéſſe.
Proin tú vel aias vél neges. LA. quid iſtíc? neceſſum eſt, vídeo:
Dabitúr talentum. GR. accéde dum huc. Venus haéc volo arrogét te.
LA. Quod tíbi libet, id mihi ímpera. GR. tange áram hanc Veneris. LA. tángo.
GR. Per Vénerem hanc iurandum éſt tibi. LA. quid iúrem? GR. quod iubébo.

37. Quadrigentos) *Quadringen.* omnes. putridas) ita Valla La. *putidas* V. L. P. O. S. C.

38. curculiunculos) *Gurgul.* V. L. Verba *curcul. min. fab.* a Prisciano (Lib. III. p. 131) afferuntur, quo loco Krehlius haec habet: Pro *curculiunculos* non unus Cdd. *gorguliunculos.*

39. nunc id) *nungit* Pall. *num git* P. O. S. *linguam* V. L. La. cuius nota ad h. l. haec eſt: *linguam frigefactas*) sic habent noſtri libri veteres, quos ſequi maluimus, quam aut vulgatos, in quibus impreſſum eſt *nunc git frigefactus*: aut editionem Camerarii *nunc id frigidefactas*: quamqam, ne quid diſſimulem, etiam in nonnullis ex noſtris hanc eandem ſcripturam reperi." frigefactas) *frigidefactas* Pall. P. S. C. *frigide factas* V. L.

40. abi. GR. igitur audi) *Gr. abi igitur. Lab. audi* V. L. P. O. S.

41. Si) *Gr. Si* V. L. P. O. S.

42. Eloquere) *El. hercle* C. La. (non Pall.)

43. triobolum) *tribolum* V. a m. pr. C.

44. vel) om. P. S. aias) *alas* V. a m. pr. *animas* S. iſtic?) *iſtuc eſt?* O. *iſtuc?* La. ſec. codices. *iſtic* (sine interr.) Pall. V. L. P. S. C. eſt) ita etiam codices Lambini. om. O. *eſſe* C. La.

45. arroget) *adroget* O.

46. libet) *lubet* O.

47. iurem) *iur. tibi* O. iubebo) *iubeo* V. L. P. O. S.

Digitized by Google

LA. Praei vérbis quid vis. quód domi eſt, nunquam vlli ſupplicábo.
GR. Tene áram hanc. LA. teneo. GR. déiera, te mi árgentum datúrum
Eódem illo die, vídulĭ vbi ſís potitus. LA. fíat.
GR. LA. Venu' Cyrenenſis téſtem te teſtór mihi,
Si vídulum illum, quém ego in naui pérdidi,
Cum auro átque argento ſáluom inueſtigáuero,
Isque ín poteſtatém meam peruénerit:
GR. Tŭm ego huſc Gripo dico, ínquito, et me tángito.
LA. Tŭm ego huſc, huic Gripo díco, Venus, vt tu aúdias.
GR. LA. Taléntum argenti mágnum continuó dabo.
GR. Si fraúdaſſis, dicſto vti te in quaeſtú tuo
Venus éradicet, cáput atque aetatém tuam.
Tecum hóc habeto támen, vbi iuráueris.
LA. Et illúm ego aduorſum ſíquid peccaſſó, Venus,
Venerór te, vt omnes mſſeri lenonés ſient.
GR. Tamĕn ffet, etſi tú fidem ſeruáueris.
Tu hìc ópperire, iam égo faxo exibít ſenex:
Eum tú continuo vídulum repóſcito.
LA. Si máxume mi illúm reddiderit vídulum,

48. Praei) *pro* V. L. quid vis) *quidem his* V. L. quod) *id quod* omnes.

49. Tene aram) *tenaram* P. deiera) *deiura* omnes. mi.) *mihi* omnes.

50. illo) om. Pall. V. L. P. S. *ipſo* O.

51. GR. LA.) om. V. L. *Gr.* P. O. S. C. La. Cyrenenſis) *cir.* L. teſtem) om. V. L. P. S. *dea* O. te teſtor) *teſtor te* V. L.

52. quem ego) *e. q.* O.

53. ſalvom) *ſalvum* V. L. P. C. La.

55. GR.) om. V. L. P. O. Gripo) *Gr. Grippo* V. L.

56. Tum) *Tum me* V. L. huic, huic) *huic* (ſemel) omnes. audias) *me audias* O. *exaudias* C. La. (non Pall.)

57. GR. LA.) om. omnes.

58. Si) *Quod si* O. dicito, uti) *dic ut* V. L. P. O. S.

60. habeto tamen,) *habeto, tamen* C.

61. Et illum ego advorſum) *illa negat vorſum* V. L. P. S. *illa neget vorſum* O.

62. ſient) *ſint* V. L. P. S.

63. ſervaveris) *ſervaris* V. L.

64. Tu) *tibi* V. opperire) *oper.* V. L. P. S. C.

66. maxume) *maxime* V. L. P. S. C. La. mi illum) *mihi i.* V. L. P. S. C. La. *i. mihi* O. reddiderit) *redierit* V. L.

Digitized by Google

Non ílli ego hodie débeo trióbolum.
Meus árbitratuſt, língua quod iurét mea.
Sed cónticeſcam. eccum éxit, et ducít ſenem.

ACTVS QVINTVS. SCENA QVARTA

GRIPVS. DAEMONES. LABRAX

Séquere hac: vbi ĭſtic léno eſt? heus tŭ! hém tibi, hĭc habet vídulum.
DAE. Hábeo, et fateor éſſe apud me: et, ſí tuus eſt, habeás tibi.
Ómnia, vt quidque ínfuere, ita ſálua ſiſtentúr tibi.
Ténĕ ſi tuus eſt. LA. di ímmortales! méus eſt. ſalue vídule.
DAE. Túun' eſt? LA. rogitas? ſíquidem hercle Iouis fúuerit, meus éſt tamen.
DAE. Ómnia inſunt ſálua: vna iſtinc cíſtella excepta éſt modo
Cúm crepundiís, quibu'cum hodie fíliam inuení meam.
LA. Quám? DAE. tua quae fuít Palaeſtra: ea fília inuenta éſt mea.
LA. Béne mehercle fáctumſt: quum iſtaec rés tibi ex ſenténtia
Púlchre euenit, gaúdeo. DAE. iſtuc nón facile credó tibi.

67. illi ego hodie) *e. i. h.* V. L. P. S. *e. h. i.* O.

68. arbitratust, lingua) *arbitratus tungua* Pall. *arbitratus l.* V. L. P. O. S. *arbitratus eſt l.* C. quod) *quid* V. La.

GR.) *Gr. piſcator* omnes. DAE.) *D. ſenex* omnes. LA.) *La. leno* V. O. C. La. *Labraxileno* V.

1. eſt?) *et* Pall. V. L. P. O. S.
2. DAE.) om. V. L.
3. quidque) *quicquid* Pall. P. O. S. *quidem* V. L. *quaeque* C. La. siſtentur) *ſiſtetur* S.

4. tuus eſt) *tuust* O. di) *o di* omnes. meus eſt) *meust* O.

5. Tuun') *Tuusne* omnes. LA.) *Grip.* (ſuperne adſcripto *Lab.*) V. *Gr.* P. fuverit) *fuit* omnes. meus eſt) *meus* V. L. P. S. *meust* O. tamen) om. O.

8. tua) om. O. inventa eſt) *inventast* P. O.

9. factumst) *factum eſt* V. L. P. O. S. *eſt factum* C. La. quum) *quom* O. Bo. res tibi) *t. r.* C. La.

10. Pulchre) *pulcre* V. C. La. non facile) *f. n.* omnes.

Digitized by Google

LA. Ímmo hercle, vt ſciás gaudère mé, mihi triobolum
Ob eam ne duís: condono té. DAE. benigne edepól facis.
LA. Ímmo tu quidem hércle vero. GR. heus, iámne tũ habes vídulum?
LA. Hábeo. GR. propera. LA. quíd properabo? GR. réddere argentúm mihi.
LA. Néque edepol tibi dó, neque quidquam débeo. GR. quae haec fáctio eſt?
Nón debes? LA. non hércle vero. GR nón tu iuratús mihi es?
LA. Iúratus ſum: et núnc iurabo, ſíquid volüptati éſt mihi.
Iúsiurandum reí ſeruandae, nón perdendae, cónditum eſt.
GR. Cédo ſis mihi taléntum magnum argénti, periuríſſume.
DAE. Grípe, quod tu iſtúm talentum póſcis? GR. iuratúſt mihi
Dáre. LA. libet iuráre. tun' meo póntifex periúrio es?
DAE. Quá pro re argentúm promiſit híc tibi? GR. ſi iſtum vídulum
Ín poteſtatem eíus redegiſſém, iuratus éſt dare
Míhi talentum mágnum argenti. LA. cédo quicum habeam iúdicem,

11. Immo) *Imo* O. S. hercle) *tu h.* La. 1577. triobolum)-*bulum* La.
13. Immo) *Imo* O. S. tu) om. La. 1577. GR.) om. P. *DE.* S. iamne tu habes) *tu iam habeas* Pall. L. P. S. *tu iam habes* V. O. *tu iamne habes* C. La.
14. quid) inter lin. V.
16. non tu) *num tu* O.
18. reí ſervandae) *rei reſervandae* V. L. P. Valla. *ſervandae rei* O. perdendae) *perdundae* O. Bo
19. Cedo) *Crede* V. ante corr. periuriſſume) *periuriſſime* V. P. S. (*al. periuriſſime* inter lin. a m. ſ. V.) *periuriſſime* C. La.
20. quod) *quid* S. poſcis) *poſſis* O. GR.) om. L. iuratuſt)-*tus eſt* V. mihi) om. O.
21. tun') *tu ne* V. L. P. O. S. meo) om. V. L. O. *o* P. S. periurio) *periuro* V. L. P. S.
22. iſtum vidulum) *v. i.* V. L. *v. Iſtum* P. S. C. La.
23. In poteſtatem eius redegissem) *redigiſſem in p. e.* V. (sed e corr. *redeg.*) P. S. *redeg. in pot.* (om. *eius*) O. *redeg. in p. e.* L. C. La. eſt) om. omnes. dare Mihi) *m. d.* V. L.

Digitized by Google

Ní dolo malo inſtipulatus ſís, niue etiam hauddúm ſiem
Quínque et viginti ánnos natus. GR. hábĕ cũm hoc. LA. alióſt opus.
DAE. Iám ab iſto auferre haúd ſinam, níſi iſtum condemnáuero.
Prómiſiſtin' hufc argentum? LA. fáteor. DAE. quod ſeruó meo
Prómiſiſti, méum ĕſſe oportet. né tu leno póſtules
Te híc fide lenónia vti: nón potes. GR. iam té ratu's
Náctum hominem quem défraudares. dándum huc argentum éſt probum.
Id ego continuo hufc dabo, adeo mé vt hic emittát manu.
DAE. Quándo ergo benígnus erga té fui, atque operá mea
Haéc tibi ſunt ſeruáta: (GR. immo hercle meá, ne tu dicas tuá.
DAE. Sí ſapies, tacébis:) tum te míhi benigne itidem áddecet
Béne merenti béne referre grátiam. LA. nĕmpe pró tuo

25. Ni) *in* V. L. P. S. nive) *neve* V. L. *ni* Bentl. ad Ter. Eun. III. 5, 22. hauddum) *dum* omnes, etiam Pall. *dum haud* Bentl. l. c.

26. annos natus) *n. a.* omnes. (Bentl. l. c. ut R.) LA.) *Dae.* O. S. alioſt opus) *alio opu'st* La.

27. DAE.) om. V. L. P. O. S. Iam) *Iam te* La. haud ſinam) *aut sim* V. L. P. S. *haud ſciam* O. niſi iſtum) *si iſtunc* V. L. P. O. *si iſtuc* S.

28. Promiſiſtin') *Dem. Promiſiſti* V. L. P. *Promiſiſti* O. S. C. La. meo) om. V. L. P. S. et (ut ex Gron. literis maiusculis intelligitur) Pall.

29. Promiſiſti) *Promiſſum eſt* O. tu) *ut* O.

30. Te) *tu* S. interpunctione poſt *uti* ſublata. potes.) *potes. ſervanda eſt fides.* O. iam tę ratu's) *lanteratus* L. *iam te ratus* rell. Sed in V. *al. iratum* in marg. a m. I. ad *ratus* adſcriptum eſt. Et S. habet *iam te iratus.*

31. Nactum) *nactũs* V. defraudares) *defraudandum dares* V. L. P. O. S. huc) ita Pal. pr. *huic* rell. (ex S. tamen nulla a Gronovii textu, qui *huc* habet, diſcrepantia affertur.)

32. emittat) *mittat* V. L.

33. benignus erga te) *tibi benignus* V. L. P. O. *te benignus* S. *e. t. b.* C. La. opera mea. Haec tibi) *h. t. o. m.* V. (in quo a m. pr. *me* fuerat) L. P. S. *h. t. o. ſunt m.* O.

34. immo) *imo* O. S. tu) om. O.

35. te) om. V. L.

36. referre) *ferre* V. L. P. O. S. C. tuo) *meo* Pall. V. L. P. S. C. La.

Digitized by Google

Iúre oras. DAE. mirúm quin tuum ius meó periculo éxpetam.
GR. Sáluos sum! lenó labascit: líbertas porténditur.
DAE. Vídulum istic ílle inuenit: íllud mancipiúm meum est.
Égo tibi hunc porró seruaui cúm magna pecúnia.
LA. Grátiam habeo, et dé talento núlla caussast quín feras,
Quód ísti sum iurátus. GR. heus tu, míhi dato ergo, sí sapis.
DAE. Tácen', an non? GR. tu meám rem símulas ágere: tibi nunc cómmodas.
Nón hercle istoc me íntervertes, si áliam praedam pérdidi.
DAE. Vápulabis, vérbum si addes vnum istuc. GR. vel hércle énica.
Nón tacebo vnquam álio pacto, níst talento cómprimor.
LA. Tíbi operam hic quidém dát: taceto. DAE. cóncede huc lenó. LA. licet.
GR. Pálam age, nolo múrmur vllum néque susurrum fieri.
DAE. Díc mihi, quanti illam émisti tuam álteram muliérculam

37. meo) *me* V. L. periculo) *periclo* V. O. Bo. expetam) *abs te exp.* V. L. P. S. C. La.
38. Salvos) *salvus* V. L. P. C. La. portenditur) *protend.* V. P. O. *pertend.* S.
41. caussast) *causa* V. L. *causa est* P. S. *caussa est* O. C. La.
42. Quod) *quidem* P. heus) *heu* V. ante corr. dato ergo) *e. d.* O.
43. tu) *tun* V. L. O. *Tu* P. *tum* S. tibi nunc commódas) *tibi* V. L. *tibi mu* .... Pall. P. *tuam agis* O. S. *tibi nunc* * C. *tibi nunc* La. in textu, *tibi commodas* in commentário pro lemmate. *tibi* . . . *Dae. mutti modo, Gr. non* etc. Bo.
44. intervertes) *intervortes* omnes. aliam praedam) *alia credita* Valla. *aliam credam* Saraceno. perdidi) *praendero* O.
45. verbum si) *si v.* V. L. P. O. S. addes) *adde* P. unum istuc) *i. u.* omnes. vel) *vel tu* La.
46. unquam) *inquam* V. a m. pr.
47. taceto) *tacebo* Pal. pr. P. *taceho* Pal. sec. *Gr. Tacebo* V. L. O. concede) *do* V. ante corr. huc) *huc tu* V. L. La. *hoc tu* P. O. S. C. LA.) om. V. L. P. S.
48. nolo) *nolo ego* V. L. Nonius in *Murmurillum*. murmur ullum) ita Pal. pr. et codices Lambini. *murmitellum ullum* V. L. (Sed in V. *ullum* a m. I. additum.) *murmur illum* Pal. sec. *murmurillum* O. La. Nonius l. c. susurrum) *futurum* S. fieri) *f. mihi* O.

Digitized by Google

Ámpelíscam? LA. mílle nummos dénumeraui. DAE. vín' tibi
Cónditionem lúculentam férre me? LA. ſané volo.
DAE. Díuiduom talántum faciam. LA. béne facis.
DAE. pro illa áltera,
Líberta vt ſit, dímidium tibi ſúme, dimidium huíc cedo.
LA. Máxume. DAE. pro illó dimidio Grípum ego emittám manu,
Quém propter tu vídulum, et ego nátam inueni. LA. béne facis:
Grátiam habeo mágnam. GR. quam mox mi árgentum ergo rédditur?
DAE. Rés ſoluta eſt, Gripe. ego habeo. GR. tu hércle: at ego me máuolo.
DAE. Níhil hercle hic tibi, né tu ſperes. iúrisiurandí volo
Grátiam faciás. GR. perii hercle! níſi me ſuspendo, óccidi.
Núnquam hercle iterum défraudabis mé quidem poſt húnc diem.
DAE. Híc hodie coenáto leno. LA. fíat: conditió placet.
DAE. Séquimini intro. ſpéctatores, vós quoque ad coenám vocem,
Ní daturus níl ſim, neque ſit quídquam pollucti domi,

52. Dividuom) *duum* omnes. facis) *facias* P. O. S. Gron. illa) om. O.

53. Liberta) *Libera* omnes, praeter S. ſume) *ſumme* P.

54. Maxume) *Maxime* V. L. P. S. C. La. Gripum ego) ita Mediol. (ſec. Bo.) *e. G.* V. L. P. S. C. La. *ego altero Gripum* O. (In V. a m. pr. h. l. *Griffum* fuerat.)

56. magnam) om. O. mi) *mihi* omnes.

57. tu) om. omnes.

58 hic tibi) *t. h. eſt* V. L. *h. t. eſt* P. O. S. C. La. iurisiurandi) *iusiurandi* O. S.

59. perii) *peri* S. C. hercle) *ergo* V. L.

62. quoque) *quiqui* V. L. P. S.

63. Ni) *nam* V. L. nil) *nihil* omnes. ſim) *ſum* V. L. P. O. ſit) *eſt* V. L. quidquam) *quicque* S. pollucti) *polluti* V. L.

Digitized by Google

Níue adeo vocátos credam vós eſſe ad coenám foras.
Vérum ſi volétis plauſum fábulae huic clarúm dare,
Cómiſſatum omnés venitote ád me ad annos ſédecim.
Vós hic hodie coénatote ambó. LA. fiat. DAE. plauſúm date.

FINIS RVDENTIS.

64. Nive) *Neve* omnes, etiam Pall. vos) *nos* V. a m. pr.

65. dare) *date* P.

66. Comiſſatum) ita Pall. *commeſſ.* V. L. C. *comeſſ.* P. O. S. ſedecim) *ſexdecim* V. L.

Plauti rudens explicit Infeliciter V.

Digitized by Google

Digitized by Google

REIZII INDEX METRORVM

IN

RVDENTEM PLAVTINAM

PROLOGVS. vſ. 1 — 82. Iambici trimetri.

ACT. I. Sc. I. vſ. 1 — 6. Iambici trimetri.

Sc. II. vſ. 1 — 94. Iambici trimetri.

Sc. III. vſ. 1 et 2. Anapaeſtici.
3. Iambicus dimeter hypercatalectus.
4 — 9. Anapaeſtici.
10 — 14. Bacchiaci.
15. Dactylicus.
16. Iambicus trimeter.
17. Bacchiacus.
18 — 20. Anapaeſtici.
21. Iambicus dimeter.
22. Iambicus trimeter.
23 — 25. Cretici.
26. Dactylicus.
27 et 28. Bacchiaci.
29 et 30. Iambici dimetri.
31 — 40. Cretici.
41 et 42. Anapaeſtici.
43. Trochaicus tetrameter acatalectus.
44 et 45. Iambici tetrametri catalectici.

Sc. IV. vſ. 1 — 9. Trochaici tetrametri acatalecti.
10. Iambicus dimeter.
11 et 12. Trochaici tetrametri acatalecti.
13. Trochaicus dimeter catalecticus.
14. Iambicus trimeter.
15 — 34. Cretici.
35 — 38. Iambici trimetri.
39. Iambicus dimeter.

Sc. V. vſ. 1 — 6. Bacchiaci.
7. Creticus.
8. Iambicus dimeter catalecticus.
9 — 19. Cretici.
20. Anapaeſticus.

Digitized by Google

21 — 25. Bacchiaci.
26. Trochaicus tetrameter catalecticus.
27 et 28. Iambici trimetri.
29. Trochaicus tetrameter catalecticus.
30. Bacchiacus.
31. Iambicus dimeter hypercatalectus.

ACT. II Sc. I. vf. 1 — 16. Iambici tetrametri catalectici.
Sc. II. vf. 1 — 24. Iambici tetrametri catalectici.
Sc. III. vf. 1 — 82. Iambici tetrametri catalectici.
Sc. IV. vf. 1 et 2. Iambici tetrametri acatalecti.
3 — 28. Trochaici tetrametri catalectici.
29 — 36. Iambici trimetri.
Sc. V. vf. 1 — 27. Iambici trimetri.
Sc. VI. vf. 1 — 74. Iambici trimetri.
Sc. VII. vf. 1 — 34. Trochaici tetrametri catalectici.

ACT. III. Sc. I. vf. 1 — 20. Iambici trimetri.
21. Trochaicus tetrameter acatalectus.
Sc. II. vf. 1 — 49. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. III. vf. 1 — 12. Cretici.
13. Anapaesticus.
14. Iambicus tetrameter catalecticus.
15 et 16. Cretici.
17. Iambicus trimeter.
18 et 19. Cretici.
20 — 44. Iambici tetrametri catalectici.
Sc. IV. vf. 1 — 73. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. V. vf. 1 — 58. Iambici trimetri.
Sc. VI. vf. 1 — 53. Iambici trimetri.

ACT. IV. Sc. I. vf. 1 — 14. Iambici trimetri.
Sc. II. vf. 1 — 6. Bacchiaci.
7 — 10. Anapaestici.
11 — 14. Bacchiaci.
15. Iambicus dimeter.
16. Trochaicus tetrameter catalecticus.
17 — 33. Trochaici tetrametri acatalecti.
Sc. III. vf. 1. Trochaicus tetrameter catalecticus.
2. Trochaicus tetrameter acatalectus.
3 — 11. Iambici dimetri.
12 — 15. Iambici tetrametri catalectici.

Digitized by Google

16 — 19. Cretici.
20 — 33. Anapaeſtici.
34 — 115. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. IV. vſ. 1 — 139. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. V. vſ. 1 — 7. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. VI. vſ. 1 — 14. Iambici dimetri.
15 — 19. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. VII. vſ. 1 — 17. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. VIII. vſ. 1 — 38. Iambici trimetri.

ACT. V. Sc. I. vſ. 1 — 16. Trochaici tetrametri catalectici.
Sc. II. vſ. 1 — 7. Iambici tetrametri catalectici.
Sc. III. vſ. 1 — 50. Iambici tetrametri catalectici.
51 — 69. Iambici trimetri.
Sc. IV. vſ. 1 — 67. Trochaici tetrametri catalectici.

Sunt omnes omnino verſus numero 1429: *quorum*
2 *ſunt Iambici tetrametri acatalecti.*
211, *Iambici tetrametri catalectici.*
503, *Iambici trimetri.*
2, *Iambici dimetri hypercatalecti.*
29, *Iambici dimetri acatalecti.*
1, *Iambicus dimeter catalecticus.*

748 *Summa verſuum generis Iambici.*

31, *Trochaici tetrametri acatalecti.*
519, *Trochaici tetrametri catalectici.*
1, *Trochaicus dimeter catalecticus.*

551 *Summa verſuum generis Trochaici.*

2, *Dactylici.*
33, *Anapaeſtici.*
65, *Cretici.*
30, *Bacchiaci.*

130 *Summa verſuum ex iis generibus metri, quorum uſus in Monodia ſiue Cantico dominatur.*

Digitized by Google

ACTVVM *et* SCENARVM *eadem, quae vulgo recepta eſt,* DIVISIO *locum hic habet: niſi quod*

Actus V Scenam I *fecimus eam, quae prius erat* Actus IV Scena VIII *et vltima: tum quod*

ACTVS IV Scenam V *fecimus eam, quae antea* Scenae IV *velut eius* pars *adiecta erat.*

Ergo, quam alii numerant Actus IV Scenam V, VI, VII *et* VIII, *ea hic numeratur* Actus IV Scena VI, VII, VIII, *et* Actus V Scena I.

VERSVVM NVMERVS *iis in Scenis, in quibus erant male vel coniuncti vel diſiuncti, quod vitium maxime in Canticis huius et aliarum Plauti fabularum occurrit, eo vitio ſublato non potuit non alius exſiſtere.*

CORRIGENDA

In textu. Prol. 41 *ſcribe* vírginem. I. 2, 74 duas. I. 3, 17 si *pro* fi I. 4, 35 tuérier. I. 5, 15 óbſecro, *ib.* 17 amplóctimur *ib.* 22 quídquam II. 1, 1 víuunt, III. 6, 12 ſéruat: IV. 3, 101 conditiónis audes IV. 4, 47 ſúſpicor. *ib.* 52 óſtendatur *ib.* 123 cénties IV. 6, 7 dabo IV. 8, 26 domum, *ib.* 30 quaeſo,

In notis. ad Prol. 37 ſcribe *impediunt.* L. ib. 62 adde, quod S. poſt *adoleſcentem* punctum habet. ib. 67 ſcribe *quando* et I. 2, 69 - *rimus* (obliquis literis) I. 3, 37 pro priori alter lege prior I. 5, 13 *hoſtiatasque* pro *hoſtiasque* ib. 29 priorem pro alterum II. 2 init. (pag. 19 col. 1 lin. 5) dele punctum poſt *eidem* ib. 22 lege prior pro alter II. 3, 1 inter omnes et Veneris punctum pone. ib. 5 ſcribe Vgoletus pro Vgolinus ib. 7. 28. 56. 82 qui alter dicitur Palatinorum, eum priorem intellige. II. 6, 11 et 25 poſt codd. adde Gruteri. ib. 43 ante *unne* lineola excidit. III. 4, 3 fin. dele punctum poſt *p* ib. 49 ſcribe — *simus* III. 6, 18 adde: G. — C. putat verius eſſe *ad portam.* ib. 24 lin. 4 o ad editionis principis lectionem pertinet ideoque obliquanda eſt. IV. 3, 77 pro hellebor. ſcribe item *hellebor.* IV. 7, 15 *coet.* pro *coeto.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Lp 26.455
M. Accii Plauti Rudens :
Widener Library
006336833
3 2044 085 219 962

Digitized by Google